



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

L. Annæi Senecæ Philosophi Opera, Qvæ Exstant Omnia

Seneca, Lucius Annaeus <Philosophus>

Antverpiæ, 1605

L. Annæi Senecæ Ad Aebvcivm Liberalem De Beneficiis Liber Septimvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53700)

L. ANNÆI SENECAE
AD AEBVCIVM LIBERALEM
DE BENEFICIIS
LIBER SEPTIMVS.

ARGVMENTVM ET ORDO.

SIMILIA prioribus, *Questiuncula*, & subtilibus vtilia tamen mixta. Illud principio serium. coërcendam curiositatem, & nimiam sciendi cupidinem: animum potius ad mores & Virtutem, id est Sapientiam mittendum. Ex verbi deinde occasione *Questio*, An aliquis donare Sapienti possit, cum eius sint omnia: ait posse, quia animo quidem, non vsu tamen omnia possidet. Altera, An qui tentauit reddere beneficium, reddiderit? ita: sed tamen iterum iterumque conandum docet. Tertia, An quod à viro bono acceperis, eidem iam malo reddes? Reddes, sed cum cautione, ne illa quibus male, & in suam alienamve noxam vtatur. Quarta, Numquid obliuisci datorem beneficij sui oporteat? Non omnino. & posse tenere memoriâ ait, imò & interdum exigere. Vltima, Quomodo ferendi Ingrati? placido animo, mansucto, magno.

CAPVT PRIMVM.

BONVM, mi Liberalis, habeas animum volo:
*In manibus terra. Non hic te carmine longo,
Atque per ambages & longa exorsa tenebo.*
Reliqua hic liber cogit: & exhaustâ materiâ, circumspicio, non quid dicam, sed quid non dixerim. Boni tamen consules quid quid superest, cum tibi superfuerit. Si voluissem ¹ lenocinari mihi, debuit paullatim ² opus crescere, & ea pars in finem referuari, quam quilibet etiam satiatus appeteret. Sed quidquid maximè necessarium erat, in primum statim congeffi: nunc si quid effugit, recolligo. Nec meherculè, si me interrogas, nimis ad rem existimo pertinere, vbi dicta sint quæ regunt mores, persequi cetera, non in remedium animi, sed in exercitationem ingenij inuentâ. D Egrege enim hoc dicere ⁴ Demetrius Cynicus, vir meo iudicio magnus, etiam si maximis comparatur, solet: *Plus prodesse, si pauca præcepta sapientie teneas, sed illa in promptu tibi & in vsu sint, quàm si multa quidem didiceris, sed illa non habeas ⁵ ad manum.* Quemadmodum,

COMMENTARIVS.

- C**AP. I. I. IN MANIBVS.] *A nauigantibus, iam portum terramq, tangimus.* quæ auribus animisq, se aptant: paullatim surgere, & ex aurorâ solem dare.
2. LENOCINARI.] *Illecebras & lenocinia mihi circumdare. gratiosum venustumq, me reddere.* 4. DEMETRIVS.] *Inter astra eius cui non solem stellæ: si Seneca fides, ubique laudanti. Vt mox, cap. VII. & epist. XX. item LXII. & sapius.*
3. OPVS CRESCERE.] *Ita solent & rhetores, &* 5. AD MANVM.] *Prompta, vt exerceas & vti.*

Adum, inquit, magnus luctator est, non qui omnes ⁶ numeros ⁷ nexuſque perdidicit, quorum vſus ⁸ ſub aduerſario rarus eſt, ſed qui in vno ſe aut altero bene & diligenter exercuit, & eorum occaſiones intentus exſpectat: nec enim refert, quam multa ſciat, ſi ſcit quantum victoriæ ſatis eſt: ſic in hoc ſtudio multa delectant, pauca ⁹ vincunt. Licet neſcias, quæ ratio Oceanum ¹⁰ effundat ac reuocet: quare ſeptimus quiſque annus ætati ¹¹ ſignum imprimat: quare latitudo porticus ex remoto ſpectantibus, non ſeruet proportionem ſuam, ſed vltima ¹² in anguſtias cocant, & columnarum nouiſſima interual- la iungantur: quid ſit, quod geminorum conceptum ſeparet, partum iungat. vtrum ¹³ vnus concubitus ſpargatur in duos, an toties concepti ſint. cur pariter natis ¹⁴ fata di- uerſa ſint, maximifque rerum ſpatiis diſtent, quorum inter otus ¹⁵ minimum intereſt. Non multum tibi nocebit tranſiſſe, quæ nec licet ſcire, nec prodeſt. Inuoluta veritas

¹⁶ in

B utare. Notabile dictum: qui legis, attende. Sperne hæc varia, & ſepe vana: pauca & vtilia diſce, & ut facias diſce. Ariſtippus conſonat: Σεμνωδὲς τινὸς ἐπὶ πολυμαθία, ἐπὶ ὧν ἄπειρον οἱ τὰ πολλὰ ἐιδί- ονται ἐν γυμνασίοις αἰώνιοι μάλλον ἢ τὰ δέον- τα πρὸς φρεσίνων, ἕως οὗ ὅτι πολλὰ, ἀλλ' οἱ χρή- σιμὰ ἀγαθὰ ὀλιγοῦντες, εἰς ἅσπερ αἰὼν. Quodam glo- riantur ob multiplicem doctrinam, ſicut, inquit, non ij qui plurimum comedunt aut exercentur, melius valent iis qui modica & neceſſaria adſu- munt: ita nec qui multa, ſed qui vtilia legunt di- ſcuntque, ſtudioſi & eruditi ſunt. Heraclytus hoc ip- ſum neuoſe & breuiter: πολυμαθὴν νόον ἔχειν, ἐν δὲ ἀρεῖν: mentem multificiam habere, non do- cet. Non docet non, quibus opus ad vitam, tranquil- litatem, felicitatem.

C 6. NUMEROS.] Paſteſtre verbum, in motibus illis & formatione flexuq; membrorum. Quintilianus libro xii. Et vt Paſteſtrici doctores, illos quos Numeros vocant (malè quidam libri Neruos) non idcirco diſcentibus tradunt, vt his omnibus in ipſo luctandi certamine vtantur: ſed vt ſubſit copia illa, ex qua vnum aut alterum, cuius ſe occaſio dederit, efficiant. Quæ apta ſanè etiam ad Demetrii ſenſum. Inuenialis, de ſamina ad palum ſe exercente. Atque omnes implet numeros. Ibi Scholiaſtes pri- ſcus: Hoc eſt, vniuerſa efficit dictata. vt tantum currat in exercitio, quantum gladiator. Corriego, aut tantum curat. Valerius lib. viii. cap. lli. Mo- tuſque omnes (ita veteres) ac numeros deſenſio- nis fortiter exſecuta. Inde prouerbum, omnibus numeris perfectus. & ſimilia, quæ idem ille Vale- rius ſepe vterat.

D 7. NEXVSQVE.] In luctu, Lucanus: Conſeruere manus & multo brachia nexu. Dicunt aliter Nodos, & Ligaturas.

8. SVB ADVERSARIO.] In ipſa pugna: at bene ſub doctore, & in ludo.

9. VINCUNT.] Rem conſiciunt. affectus & vi- tia domant.

10. EFFVNDAT AC.] Fluentem & reſluentem faciat, ſtatim horis.

11. SIGNVM IMPR.] Quo ſenſu? vt reuera cor- pori aliquod ſignum ſit, & velut tranſitus nota? ſicut anno vii. dentes cadunt, & naſcuntur: bis ſeptimo, pubertas erumpit: ter ſeptimo, æna veſtiuntur: qua- ter ſeptimo, gemini (ſupra dictum) emergunt. In Phi- lone quidem tale aliquid diſtinctè eſt legere, De opiſi-

cio mundi: vide. An hoc placet, ſeptimo quoque anno mutari hominem, & ſignum ætatis imprimi, noua no- menclaturâ? Vt ad primum Septenarium Infans; in- de ad alterum, Puer; ad tertium; Adoleſcens; ad quartum, Iuuenis; quintum, Vir; ſextum, Matu- rus vel Grauis; ſeptimum, Senex; atque inde Dece- pitus. Iſto autem ſenſu, melius in Seneca ætatis ſi- gnum: quod etiam eſt in quibusdam libris. An deni- que ad gradus vel ἀλιμακτικὸς ætatum adſpexit? in quibus antiquitus proditum, ſeptimo quoque anno, mutationem aut diſcrimen euentre: & magis, cum is cum nouenario concurrat, anno ſexageſimoterio. Ita- que ſignum imprimi, morbi, vel periculi, vel muta- tionis.

12. IN ANGVSTIAS.] Lucretius idem que- rit, lib. iv.

Porticus æquali quamuis eſt denique ductu, ſtantque in perpetuum paribus ſuſſulta co- lumnis

Longa; tamen parte ab ſummâ cum tota vi- detur,

Paullatim trahit anguſti ſanguis conii: ſed ipſe quoque inter obſcura & ignorata, quod ad cauſam, mox habet. Non item Optici hodie, nam aiunt ſemper in lineis parallelis, longius ductis, remo- tiora coire & anguſtari, ob baſes minores quò longio- res, lineasq; quæ paullatim concurrunt. Adde no- ſtrum, Quæſt. Nat. 1. cap. lli.

13. VNVS CONCVBIVS.] Ita ſanè. & Hippo- crates eſſatur, τὰ δίδυμα ἀπ' ἑνὸς λαγνέματος γί- νονται: geminos ab vno opere Venereo fieri. Ar- gumentum in canibus, quæ vno coitu multiplicem fe- tum edunt: in mulieribus ipſis, quæ & hoc ſatebun- tur: denique in tempore partus, quod idem. Cauſa, quia plures ſinus vel reductiones in matrice; quæ ubi ſciſſo ſemine implètur & retinent, plures mox partus.

14. FATA DIVERSA.] Quidni? nam & forma- tio diuerſa, quia cſi ex vno ſemine, diuiditur id ta- men, & plus minusve, craſſius tenuius, in hanc illam- ve partem illabitur: atque ita in materiâ & qualita- tibus diſcrimen. Sed & in tempore diſcrimen. Idem Hippocrates: Οὐ γὰρ ἐς ἀπᾶς χυρῆς ἡ γονή, ἀλλὰ καὶ ἐς δὲ καὶ τρεῖς ὑποβλάδεται: Non enim ſimul ſe- melque ſemen peruenit, ſed bis terque euomitur & exit, quaſi per ictus.

15. MINIMUM INTEREST.] Noſtro ſenſu. ſed motione ipſa cali, & citatâ illâ vertigine, permulium; ſi tamen ad aſtricas cauſas places ire.



¹⁶ in alto latet. Nec de malignitate naturæ queri possumus: quia nullius rei difficilis in-
uentio est, nisi cuius hic vnus inuentæ fructus est, ¹⁷ inuenisse. Quidquid nos meliores
beatosque facturum est, aut in aperto, aut in ¹⁸ proximo posuit. Si animus fortuita con-
tempserit, si se supra metum sustulit, nec auidâ spe infinita complectitur, sed didicit ¹⁹ a se
petere diuitias: si deorum hominumque formidinem eiecit, & scit ²⁰ non multum esse
ab homine timendum, à Deo ²¹ nihil: si contemptor omnium, quibus torquetur vita,
dum ornatur, eò perductus est, vt illi liqueat, mortem nullius mali esse materiam, mul-
torum finem: si animum virtuti consecrauit, & quacumque vocat illa, planum putat: si
sociale animal est, & in commune genitus, mundum vt vnâ domum spectat, & con-
scientiam suam diis aperit, semperque tamquam in publico viuuit: si se magis veritus
quàm alios, subductus illis tempestatibus, in solido ac sereno stetit: consummauit
scientiam vtilem, atque necessariam. reliqua oblectamenta otij sunt. Licet enim iam in-
tutum retracto animo, ad hæc quoque excurrere, cultum, non robur, ingenijs afferentia.

11. Hæc Demetrius noster vtraque manu tenere ²² proficientem iubet, hæc nusquâ dimit-
tere, imò affigere & ²³ partem sui facere, eoque quotidianâ meditatione perducere, vt suâ
sponte occurrant ²⁴ salutaria, & vbique ac statim desiderata præsto sint: & sine morâ vl-
lâ veniat illa turpis honestique distinctio, sciatque ²⁵ nec malum esse vllum nisi turpe,
nec bonum nisi honestum. Hac regulâ vitæ opera ²⁶ distribuât: ad hanc legem & agat
cuncta, & exigat: miserrimosque mortalium iudicet, in quantiscumque opibus reful-
gebunt, ventri ac libidini deditos, quorum animus inerti otio torpet. Dicat ipse sibi:
Voluptas fragilis est & breuis: ²⁷ fastidit obiecta: quò auidius hausta est, citius ²⁸ in con-
trarium recidens, cuius subinde necesse est aut ²⁹ peniteat, aut ³⁰ pudeat. In quâ nihil
est aut magnificum, aut quod naturam hominis, diis proximi, deceat. res humilis, mem-
brorum turpium ac vilium ministerio veniens, exitu scæda. Ista est voluptas & homine
& viro digna, non implere corpus, nec saginare, nec cupiditates irritare, quarum tutissi-
ma est quies: sed perturbatione carere, & eâ ³¹ quæ hominum inter se rixantium ambi-
tus concutit, & eâ quæ intolerabilis ex alto venit, vbi de diis ³² famæ creditum est, ³³ vi-
tiisque illos nostris æstimauimus. Hanc voluptatem æqualem, intrepidam, numquam
sensuram sui tædium, percipit hic quem deformamus cum maximè: qui, vt ita dicam,
³⁴ diuini iuris atque ³⁵ humani peritus, ³⁶ præsentibus gaudet, ex futuro non pendet.
nihil enim firmi habet, qui in incerta propensus est. Magnis itaque curis exemptus, &
distor-

16. IN ALTO.] *Ad puteum Democriti alludit, in quo veritatem demersit.*

17. INVENISSE.] *Id est, per quam meliores aut prudentiores non reddimur, tantum, scitiores.*

18. PROXIMO.] *Iuxta apertum, non diu quaerendum.*

19. A SE PETERE.] *A suo animo, qui paucis contentus, diues est.*

20. NON MULTVM.] *Quid, præter mortem? & cum eâ metus tui finis.*

21. NIHIL.] *Stoicè, quia nolunt Deum vindicare, aut nocere.*

CAP. II. 22. PROFICIENTEM.] *Ita vocant Stoici, cum qui in via ad Sapientiam est, qui iam promouit aliquid & proficit. Nos in Manuduct. 11. Dissertat. IX.*

23. PARTEM SVI.] *Animo induere, vt adhsereant: agnata videantur.*

24. SALVTARIA.] *Decreta ista ac d'õ parata.*

25. NEC MALVM.] *Capitalis distinctio, & cardo Sapientie. Nihil bonum, nisi honestum: & contrà, id est, sola virtus bona, solum vitium malum. In Manud. 11. Dissert. XX.*

26. DISTRIBVAT.] *Quidquid videt, audit, ista mediatur & censeat.*

27. FASTIDIT.] *Meus, & alij quidam, fastidio obiecta. probo.*

28. IN CONTRAR.] *Dolorem, qui aut vt comes adheret, aut vt proles ex eâ nascitur.*

29. PENITEAT.] *In luxu & ganeâ.*

30. PVDEAT.] *Et hoc & illud, in libidine.*

31. QUÆ HOMINVM.] *Duplicem perturbatio- nem hic facit: à terrâ, & à celo. Illam, quæ ex opibus, honoribus, spe metuque (vt verbo dicam) rerum humanarum. Istam, quæ à superstitione, & prauâ de diis opinione, de quâ addit.*

32. FAMÆ CRED.] *Quæ facit illos vltiores, vindices fulmine armat, apud inferos etiam tortores col- locat: & talia, quæ Sophi isti rident.*

33. VITIISQUE ILLOS NOSTRIS.] *Quia nos vltionis cupidi, quia nos malè facientibus reponimus: & plura talium affectuum.*

34. DIVINI.] *Quomodo dij colendi.*

35. HVMANI.] *Quid homines deceat, quid sibi alijs, debeat.*

36. PRÆSENTIBVS.] *Horatius: Latius præ- sens animus, quod vitæ est Oderit curare.*

A distorquentibus mentem, nihil sperat, aut cupit, nec se mittit ³⁷ in dubium, suo contentus. Nec illum existimes paruo esse contentum. ³⁸ omnia illius sunt. non sic, quemadmodum Alexandri fuerunt: cui, quamquam in litore ³⁹ maris rubri steterat, plus deerat quam quâ venerat. illius ne ea quidem erant, quæ tenebat, aut vicerat, cum in Oceano Onesicritus ⁴⁰ præfectus classibus præmissus explorator erraret, & bella in ignoto mari quæretet. Non satis apparebat inopem esse, qui ⁴¹ extra naturæ terminos arma proferret: qui se in profundum, inexploratum & immensum, auiditate cæcâ prorsus immitteret? Quid interest, quot eripuerit regna, quot dederit, quantum terrarum tributo premat? tantum illi deest, quantum cupit. Nec hoc Alexandri tantum vitium **III.** fuit, quem per Liberi Herculisque vestigia felix temeritas egit, sed omnium quos fortuna ⁴² irritavit implendo. Cyrum & Cambysen, & totum regni Persici stemma percensere, quem inuenies, cui modum imperij ⁴³ satietas fecerit? qui non vitam in aliquâ ulterius procedendi cogitatione finierit? Nec id mirum est. quidquid cupiditati contigit, **B** penitus hauritur & conditur: nec interest, quantum in id quod inexplebile est, congeras. Vnus est sapiens, cuius omnia sunt, nec ex difficili ⁴⁴ tuenda. Non habet mittendos trans maria ⁴⁵ legatos, nec metenda ⁴⁶ in ripis hostilibus castra, non opportunis castellis disponenda præsidia, non opus est legione, nec equestribus turmis. Quemadmodum dii immortales regnum inermes regunt, & illis rerum suarum ex edito tranquilloque tutela est: ita hic officia sua, quamuis latissimè pateant, sine tumultu obit: & omne humanum genus, potentissimus eius optimusque, infra se videt. Derideas licet: ingentis spiritus res est, cum Orientem Occidentemque lustraueris animo, quo etiam remota & ⁴⁷ solitudinibus interclusa penetrantur, cum tot animalia, tantam copiam rerum, quas natura beatissimè fundit, aspexeris, emittere hanc Dei vocem: Hæc omnia ⁴⁸ mea sunt. Sic fit, ut nihil cupiat: quia nihil est ⁴⁹ extra omnia. Hoc ipsum, ⁵⁰ inquis, volui. teneo te: volo videre, quomodo ex his laqueis, in quos tuâ sponte decidisti, expliceris. Dic mihi, quemadmodum potest aliquis donare sapienti, si omnia sapientis sunt? **C** nam id quoque quod illi donat, ipsius est. Itaque non potest dari beneficium sapienti: cui quidquid datur, de suo datur. atqui dicitis, sapienti posse donari. Idem autem me scito, & de amicis interrogare. Omnia dicitis illis esse communia: ergo nemo quidquam amico donare potest: donat enim illi communia. ⁵¹ Nihil prohibet aliquid & sapientis esse, & eius qui possidet, cui datum & assignatum est. Iure ciuili ⁵² omnia regis sunt: & tamen illa quorû ad regem pertinet vniuersa possessio, in singulos dominos ⁵³ descripta sunt,

37. IN DVBIUM.] *Incerta non appetit. incerta, dum querit; incerta, dum habet.*

38. OMNIA IL.] *Stoico paradoxo, de quo Manud. III. Dissert. XI.*

39. MARIS RVBRI.] *Non de sinu Arabico siue Aegyptio ceperis (parum sit eò venisse, & longius omnino iuit: sed de mari Indico, quod Rubrum antiquis dictum, ostendi in Admirandis.*

40. PRÆFECTVS.] *Vnâ cum Nearcho.*

41. EXTRA NATURÆ.] *Quasi cum terris Natura desineret, & Oceanus ignotus & immotus, caligo & chaos deinde haberent. Hæc Declamatores, ex communi tunc opinione, ut in Suasoriâ I. ad Alexandrum: lidem sint termini & regni tui, & mundi. Alius: Tempus est Alexandrum cum orbe & cum sole definire, quasi ultra igitur nec sol, nec orbis. Poeta etiam Pædo, de Germanico Oceano:*

— ruit ipse dies, orbemque relictum
Vltima perpetuis claudit natura tenebris.

CAP. III. 42. IRRITAVIT.] *Cupidinem magis elicit, indulgendo.*

43. SATIETAS.] *Proprie. id est, quod satis haberent.*

44. TVENDA.] *Sine curâ, sine impendio habenda.*

45. LEGATOS.] *More sui aui, Legatos Consulares, qui legionibus provinciisq. præsint. Nec enim hic de Legatis communibus, & qui mandata ferunt.*

46. IN RIPIS.] *Iterum Romano ritu, in terminis imperij castra & castella erant, ad ripas Eufratis, Danubij, Rheni.*

47. SOLITVDINIBVS.] *Quæ sub Zonâ frigidâ, siue torridâ, ut ipsi putabant: & quos hodie na in speculo refutauit.*

48. MEA SVNT.] *Vsu, visu sepe: cum id non potest, cogitatione & animo, qui scit sibi hæc facta. Nos Manud. III. Diss. XI.*

49. EXTRA OMNIA.] *Omnia autem sua censet.*

CAP. III. 50. INQVIS.] *Argute & feliciter ad rem applicat, à quâ videbatur abire.*

51. NIHIL.] *Seneca iam respondet.*

52. OMNIA REGIS.] *Potentate & imperio, ut dicit.*

53. DESCRIPTA.] *Distributa. Horatius: Sedesque descriptas piorum.*

54. CVM

sunt, & vnaquæque res habet possessorem suum. Itaque dare regi & domum, & mancipium, & pecuniam possumus: nec donare illi de suo dicimur. Ad reges enim potestas omnium pertinet, ad singulos proprietas. Fines Atheniensium aut Campanorum vocamus, quos deinde inter se vicini priuatâ terminatione distinguunt. & totus ager huius aut illius reipublicæ est: pars deinde suo domino quæque censetur. ideoque donare agros nostros reip. possumus, quamuis illius esse dicantur: quia aliter illius sunt, aliter mei. Numquid dubium est, quin seruus⁵⁴ cum peculio, domini sit? dat tamen domino suo munus. Non enim ideo nihil habet seruus, quia non est habiturus, si dominus illum habere noluerit: nec ideo non est munus, cum volens dedit, quia potuit eripi, etiam si noluisse.

* ⁵⁵ Quemadmodum probemus omnia (nunc enim omnia sapientis esse, inter nos conuenit) illud quod queritur colligendum est, quomodo liberalitatis materia aduersus eum superfit, cuius vniuersa esse concessimus. Omnia patris sunt, quæ in⁵⁶ liberorum manu sunt: quis tamen nescit, donare aliquid & filium patri? Omnia deorum sunt: tamen diis posuimus donum, & ⁵⁷ stipem iecimus. Non ideo quod habeo, meum non est, si tuum est: potest enim idem esse meum & tuum. Is, inquis, cuius prostitute sunt, leno est: omnia autem sapientis sunt, inter omnia autem & prostitute sunt: ergo & prostitute sapientis sunt. leno autem est, cuius prostitute sunt: ergo sapiens est leno. Sic illum vetant emere. dicunt enim: Nemo rem suam emit: omnia autem sapientis sunt: ergo sapiens nihil emit. Sic vetant & mutuam sumere, quia nemo vsuram pro pecuniâ suâ pendit. Innumerabilia sunt, per quæ ⁵⁸ cauillantur, cum pulcherrimè, quid à nobis dicatur, intelligant.

v. Enimuerò sic omnia sapientis esse dico, vt nihilominus proprium quisque in rebus suis dominium habeat: quemadmodum sub optimo rege, omnia rex imperio possidet, singuli dominio. Tempus istius probandæ rei veniet. interim hoc huic quæstioni sat est, id quod aliter sapientis, aliter meum est, me posse donare sapienti. Nec mirum est, aliquid ei cuius est totum, posse donari. Conduxi domum à te. in hac aliquid tuum, aliquid meum. res tua est: vsus rei tuæ, meus est. Itaque nec fructus tanges, colono tuo prohibente, quamuis tuâ in possessione nascantur: & si annona carior fuerit, aut fames,

Heu frustra magnum alterius spectabis aceruum,

in tuo natum, in tuo positum, in horrea iturum tua. Nec conductum meum, quamquam sis dominus, intrabis: nec seruum tuum, ⁵⁹ mercenarium meum abduces: & abs te rhedam si conduxero, beneficium accipies, si tibi in vehiculo tuo sedere permifero. Vides ergo posse fieri, vt aliquis accipiendo quod suum est, munus accipiat.

vi. In omnibus istis quæ modò retuli, vterque eiusdem rei dominus est. quomodo? quia alter rei dominus est, alter vsus. Libros dicimus esse Ciceronis: eosdem ⁶⁰ Dorus librarius suos vocat: & vtrumque verum est. alter illos tamquam auctor sibi, alter tamquam ⁶¹ emptor asserit: ac rectè vtriusque dicuntur esse. Vtriusque enim sunt: sed non eodem modo. sic potest T. Lilius à Doro accipere, aut emere libros suos. Possum donare sapienti, quod ⁶² viritum meum est, licet illius sint omnia. Nam cum regio more cuncta ⁶³ conscientiam possideat, singularum autem rerum in vnumquemque proprietas sit sparsa: &

54. CVM PECVLIO.] Peculium est, quod seruus vel ex diario comparit, vel dono accepit. Id eius est, domino conueniente, & more fauente.

55. QUEMADMODVM.] Hæc inconnexa, & fortasse traicta sunt. Concinnius paullo: Quem ad modum perhibemus (ita malim, quàm probemus) omnia sapientis esse (nunc enim inter nos conueniat:) illud quod queritur: Scripsi conueniat, & verius puto quàm conuenit.

56. LIBERORVM.] Qui ipsi manu nondum sunt missi.

57. STIPEM.] Varro: Diis cum thesauris affem dant, stipem dicunt. Plura ego ad Taciti xiv. Annalem.

58. CAVILLANTVR.] Quod Græcis σβριση, Latinis Cauillus, Calumnia, Captio, Captendula.

CAP. V. 59. MERCENARIVM.] Qui operam mihi locat præbet, in dies, menses, annos. Atque eo tempore meus est, te vel inuito.

CAP. VI. 60. DORVS LIBRARIVS.] Bibliopola nomen, & Librarius igitur non solum qui scribit, sed vendit. Sequentia hoc asserunt: & Libraria in Agellio, taberna venalium librorum.

61. EMPTOR.] Emit enim, sed vendendos.

62. VIRITIM.] In meum caput transcriptum.

63. CONSCIENTIA.] Omisit siue cecit Muretus, imperiosè. Quid si bona vox est? & significat regis em-

- A *sa*: & accipere munus, & debere, & emere, & conducere potest. Cæsar omnia habet, ⁶⁴ fiscus eius priuata tantum, ac sua: & vniuersa ⁶⁵ in imperio eius sunt, in patrimonio propria. Quid eius sit, quid non sit, sine diminutione imperij ⁶⁶ quæritur. nam id quoque quod tamquam alienum abiudicatur, aliter illius est. Sic sapiens vniuersa animo possidet, iure ac dominio sua.
- Bion modò omnes sacrilegos argumentis esse VII.
colligit, modò neminem. Cùm omnes ⁶⁷ de saxo deiecturus est, dicit: Quisquis id quod deorum est, sustulit & consumpsit, atque in vsum suum vertit, sacrilegus est: omnia autem deorum sunt: quod quisque ergo tollit, deorum tollit, quorum omnia sunt: ergo quisquis tollit aliquid, sacrilegus est. Deinde cùm effringi templa, & expilari impune Capitolium iubet: dicit, Nullum sacrilegium esse. quia quidquid sublatum est ex eo loco qui deorum erat, in eum transfertur locum, qui deorum est. Hic respondetur: Omnia quidem deorum esse, sed non omnia diis dicata. In his obseruari sacrilegium, quæ religio numini adscripsit. Sic & totum mundum deorum esse immortalium templum,
- B solum quidem amplitudine illorum ac magnificentia dignum: & tamen à sacris profana discerni, & non omnia ⁶⁸ licere in angulo, cui nomen ⁶⁹ fani impositum est, quæ sub cælo & conspectu siderum licent. Iniuriam sacrilegus Deo quidem ⁷⁰ non potest facere, quem ⁷¹ extra ictum sua diuinitas posuit: sed tamen punitur, quia tamquam Deo fecit. Opinio illum nostra, ⁷² ac sua, obligat pœnæ. Quomodo ergo sacrilegus videtur, qui aliquid aufert sacri, etsi quocumque transtulit, quod surripuerat, intra terminos est mundi: sic & sapienti furtum potest fieri. Aufertur enim illi, non ex his quæ vniuersa habet, sed ex his quibus dominus inscriptus est, quæ ⁷³ viritum ei seruiunt. Illam alteram possessionem agnosceret, hanc nolet habere, etsi poterit: emittetque illam vocem, quam ⁷⁴ Romanus Imperator emisit, cùm illi ob virtutem & bene gestam Rempub. tantum agri decerneretur, quantum arando vno die circuire potuisset: *Non est, inquit, vobis eo opus ciue, cui plus opus sit, quam vni ciui.* Quanto maioris viri putas, respuisse hoc munus, quàm meruisse? multi enim fines aliis abstulerunt, sibi nemo constituit.
- C Ergo cùm animum sapientis intuemur, potentem omnium, & per vniuersa dimissum, VIII.
omnia

gis omnia esse, eumq; possidere animo & tacito sensu. Quid simutanda etiam? quod Erasmus voluit, fecitq; communia. Meus liber conscia scribit, sed cum apice, qui compendium scripturæ notat.

64. FISCUS.] Ita enim dicebant principis bona propria, & ab Aerario secernebant. Plinius Panegyrico: At fortasse non eadem seueritate Fiscum, quàm Aranium cohibes. imò tanto maiore, quòd plustibi licere de tuo, quàm de publico, credis.

65. IN IMPERIO.] Ita idem Plinius: Ecquid Cæsar non suum videat? tandemque imperium Principis, quàm Patrimonium maius est. Multa enim ex patrimonio refert in imperium, quæ priores Principes occuparant, non vt ipsi fruerentur, sed nequis alius.

66. QUÆRITVR.] Nam sub bono Principe, vt idem ille inquit, dicitur Actori atq; etiam Procuratori tuo. In ius veni, sequere ad tribunal. Et mox: Sors & vrna filco iudicem assignant.

CAP. VII. 67. DE SAXO.] Tarpeio, Romano ritu. nam id supplicium in magnis sceleribus.

68. LICERE.] Fæda, impura.

69. FANI.] Ab eo, quòd Pontifices in sacrandò fati sint finem: vel potius fines, in Varronis v. de L. L. Ille igitur angulus & secreta pars, cui fines sandò dicit, Fanum.

70. NON POTEST.] Suprà lib. v. cap. xiv. De constant. sap. cap. i v.

71. EXTRA ICTVM.] Vt tangi Lædive non possit.

72. AC SVA.] Nam & ipse scit, atque vt Deo posita aufert.

73. VIRITIM.] Male vicissim. Suprà cap. vi. Quod viritum meum est.

74. ROMANVS IMP.] Quis hic est? Horatius Cocles, ait Muretus & toto capite asserit xviii. Libri xix. Variar. Lektionum. Nam illi, ob strenuam in ponte Sublicio operam, populus Romanus tantum agri dedit, quantum vno die circumarsisset. Hoc ita Linius, Dionysius, Plinius: neque factum negamus, sed huc facere non persuademur. Primum, miles ille Cocles fuit, non Romanus Imperator, vt Seneca: deinde, accepit præmium, non refutauit, vt item ex Seneca: tertio, quis hic modus supra ciues alios, aut quid minus vno iugere potuit? In numero, inquam, nulla comparatio aut diuersitas: quam fuisse oportet, aut Seneca illa frigida, aut nihili esse. Ego arbitror hac spectare M. Curium illum, paupertate nobilem: & Valerium de auctorem. Decretis, inquit, à Senatu septem iugeribus agri populo, sibi autem quinquaginta, popularis assignationis modum non excessit: parum idoneum reip. ciuem existimans, qui eo, quod reliquis tribueretur, non esset contentus. Quid clarius, aut aptius? Eadem Plinius: M. Curij nota concio est, permissum intellegi ciuem, cui septem iugera non essent satis. Enimvero tampridem bina iugera assignari solita (Varro, & idem Plinius:) sed nunc in victoria de Pyrrho,

omnia illius esse dicimus: cum ad hoc ius⁷⁵ quotidianum, si ita res tulerit, ⁷⁶capite cen-
 febitur. Multum interest, possessio eius animi magnitudine aestimetur, an censu. hec vni-
 versa⁷⁷ habere, de quibus loqueris, abominabitur. Non referam tibi Socratem, Chry-
 sippum, Zenonem, & ceteros magnos quidem viros, maiores tamen, quia⁷⁸ in laudem
 veterum⁷⁹ invidia non obstat. Paullò antè Demetrium retuli: quem mihi videtur
 rerum natura, nostris tulisse temporibus, vt ostenderet, nec illum à nobis corrumpi, nec
 nos ab illo⁸⁰ corripì posse: virum exactæ (licet neget ipse) sapientia, firmæque in his
 quæ proposuit constantia: eloquentia verò eius, quæ res fortissimas deceat, non con-
 cinnate, nec in verba sollicitæ, sed ingenti animo, prout impetus tulit, res suas prosequen-
 tis. Huic non dubito, quin providentia & talem vitam, & talem dicendi facultatem de-
 derit, ne aut exemplum sæculo nostro, aut conuicium deesset. Demetrio si res
 nostras aliquis deorum possidendas velit tradere sub lege certâ, ne liceat⁸¹ donare, afir-
 mauerim repudiaturum, dicturumque: Ego verò me ad istud inextricabile pondus
 non alligo, nec in altam faciem rerum hunc⁸² expeditum hominem demitto. Quid ad B
 me defers⁸³ populorum omnium mala? quæ nec daturus quidem acciperem: quo-
 niam multa video, quæ me donare⁸⁴ non deceat. Volo sub conspectu meo ponere,
 quæ gentium oculos regumque perstringunt? volo intueri⁸⁵ pretia sanguinis, anima-
 rumque vestrarum? Prima mihi luxuria spolia propone: siue illa vis per ordinem ex-
 pandere, siue (vt est melius) in vnum aceruum dare. Video elaboratam scrupulosâ di-
 stinctione⁸⁶ testudinem, & fœdissimorum pigerrimorumque animalium testas, in gen-
 tibus

*Pyrrho, & multo terrarum adiecto, largiores sint in
 populum & in duces. Nihil hic scrupuli, nisi in Se-
 necæ fortè sequentibus verbis, scribentis: tantum
 agni decretum, quantum circuire vno die arando
 potuisset. Atqui non nisi iugerum vnum, vno die
 aratur: & inde nomen (Varro, Plinius, alij) quod
 vno iugo bouum, in die, exarari posset. Vbi ergo il-
 la septena, imò quinquagena? Ambigo, non in re
 aut homine, sed in Senecæ scriptione, satini ea ab in-
 tento & hoc agente fuerit. Sanè si de lugero vno ac-
 cipis, palam falsum cum fuisse affirmandum est: sed
 quid si plura etiam ipse dicit? Nam ait, circuire: quod
 accipi potest, non de reciprocatione illâ in arando, sed
 de ambitu: & vt tantum agri, quantum bobus, vno
 sulco, circumduxisset. Ita sanè illa quinquagena cir-
 cumauerit, aut ultra. In Valerio quidem nihil er-
 roris esse, cum Plinius, tum & res mihi dicit, ac bellè
 omnino decretum, cum alij septena haberent, vt ipse
 septies septena: quæ sunt XLIX. iugera: sed Vale-
 rius scilicet rotundè fecit extulitq., quinquaginta.
 Siquis certiora, donet.*

CAP. VIII. 75. COTIDIANVM.] Quo vi-
 mur, & quo Meum Tuum dicimus.

76. CAPITE.] Accipiam, statu & conditione
 sua censetur. Aspicit autem ad Censuales tabulas, in
 quibus virtutem singuli, & eorum opes, descriptæ. Ita-
 que tunc, inquit, non tantas ei opes dabo: sed commu-
 ni & civili iure, censum capitis eius inspiciam, & pro
 eo aestimabo.

77. HABERE.] Tuo illo possessionis sensu.

78. IN LAUDEM.] Dicit, magnos viros fuisse:
 sed a quo quoque maiores factos, & quia benignior in
 tales fama. At viuis ea obstat: etsi sunt & magni ho-
 die, vt ecce Demetrius.

79. INVIDIA.] Sallustius: Viuos interdum for-
 tuna, sæpe invidia fatigat. vbi anima naturæ cef-
 sit, demptis obtrectationibus, ipsa se virtus magis
 magnificè extollit. Propertius:

Omnia post obitum fingit maiora vetustas,
 Maius ab exsequiis nomen in ora venit.

80. CORRIPI.] Sunt qui legant, corrigi. At mihi
 non placet. Frustra enim aut stultè Natura hominem
 gignat ostentetq., à quo corrigi non possumus. Imò con-
 traria melius esset, & ex officio benigni Dei. Mihi ve-
 tus coniectura sedet, & nos ab illo corripì. Ideò ge-
 nitus est, vt exemplum sæculo non deesset incorrupti
 viri, & item vitiorum acris insectatoris. Vocum con-
 sonantia ita melior, in corrumpi, & corripì: denique
 firmat omnino clausula: Providentiam ei & talem
 vitam, & talem facultatem dedisse, ne aut exem-
 plum sæculo, aut conuicium deesset. Conuicium
 profectò in correptione est: & propriè ita Cynici so-
 lent, cuius hic secta. Vide de isto ipso conuiciante aut
 oblatrante (ita loquitur) Suetonium Vespas. cap. XIII.
 & Neronis cap. XXXIX.

CAP. IX. 81. DONARE.] Atque ita exonera-
 re se, & amoliri.

82. EXPEDITVM.] Quod est in paupertate.
 Apuleius: Prorsus ad viuendum, velut ad natan-
 dum, is melior, qui onere liberior.

83. POPVLOR. OM.] Quæ omnes & singulos
 exagitant: quid hæc in vnum collecta mihi premen-
 do offers?

84. NON DECEAT.] Vt luxuria, libidinis, aut
 & deliciarum instrumenta.

85. PRETIA SANG.] Quibus sanguinem & ani-
 mam impenditis.

86. TESTVDINEM.] Quæ lectos, & repositoria
 maximè ornabant. Plinius IX. Testudinum puta-
 mina secare in laminas, lectosque & repositoria
 iis vestire, Caruilius Pollio instituit. Vtebantur ma-
 rinis, & maximè Indicis. Inuenalis:

Qualis in Oceani fluctu testudo nataret,
 Clarum Troiugenis factura ac nobile fulcrum.
 Fulcrum lecti. Lucianus in Asino: κληνὴν ἢ μὲν ἀλν
 δ' ὀδὸ

A tibus pretiis emptas, in quibus ipsa illa quæ placet⁸⁷ varietas,⁸⁸ subditis medicamentis, in similitudinem veri coloratur. Video istuc⁸⁹ mensas, & æstimatum lignum⁹⁰ senatoris censu, cò pretiosius, quò illud in plures⁹¹ nodos, arboris infelicitas torsit. Video istuc⁹² crystallina, quorum⁹³ accendit⁹⁴ fragilitas pretium. omnium enim rerum voluptas apud imperitos, ipso quo fugare debet⁹⁵ periculo, crescit. Video murrhina pocula. parum scilicet luxuria magno furit, nisi quod vomant, capacibus gemmis inter se⁹⁶ propinarent. Video vniones, non singulos singulis auribus comparatos: iam enim exercitatae aures oneri ferendo sunt: iunguntur inter se, & insuper⁹⁷ alij binis superponuntur. non satis muliebris infania viros subiecerat, nisi bina ac terna patrimonium auribus singulis pependissent. Video sericas vestes, si vestes vocandæ sunt, in quibus nihil est quo defendi⁹⁸ aut corpus, aut denique pudor possit: quibus sumptis, mulier parum⁹⁹ liqui-

ἀπὸ χαλῶντος ἰδὲ ἰσῆς: Vertit Apuleius: Lectus Indica testudine pellucidus. Ex eius verbo nota lucem & splendorem insuisse, quod & ista Martialis:

Gemmantes primâ fulgent testudine lecti.

Et si intellegere etiam liceat gemmas insertas fuisse. Ita enim Philo: τριχίλιας ἀπὸ τριχίλια χαλῶντος ἡλέφαντος κατεσκευασμένα, καὶ τιμαλφῶς ἑταεῖλλον. ὡς τὰ πάλαια λιθολόγητα: Trichinariae lecti & Stibadia testudine aut ebone adornata, & meliorem etiam materiâ: atque ea pleraque gemmata.

87. VARIETAS.] Ita Clemens Alexandrinus: χαλῶντος ἀπὸ ποικιλίας χόρας: testudine variegatus lectus. Nam miscellum & insticum opus fuit, ut hodie oscula in lignum affabrè iniungunt. Hoc paullo ante Seneca, scrupulosam distinctione dixit.

88. SYDDITIS.] Alij sublitis. non muto. De sensu, quid? an ex Plinij istis elicimus, XVI. cap. XLIII.? Excogitatae sunt & ligni bractea. Testudo in hoc secta. nuperque portentosis ingenijs, Principatu Neronis, inuentum ut pigmentis perderet se, plurisque vaniret imitata lignum. Vult pigmentis factum, ut testudo colorem amitteret, & in ligni speciem irer. Nam addit: Sic lectus pretia quaeruntur. sic terebinthum vinci iubent, sic citrum pretiosius fieri, sic acer despici. Modò luxuria vero fuerat contenta ligno, iam lignum etiam è testudine facit. Hoc autem factum, siue coloratâ ipsâ testudine: siue segmentis eius tenuibus colore alio supposito (hic subdito) qui perlucet: ut sit scilicet in vitro, aut tali materie.

89. MENSAS.] E citro. Petronius:

— ecce Afris eruta terris

D Citrea mensa, greges seruorum, ostrumque renidens.

E Mauretaniâ adferebantur. vide Plinium XIII. cap. xv.

90. SENAT. CENSU.] Ita planissimè, è Tertulliano, & sine hyperbole. De Pallio: M. Tullius quingentis millibus nummum orbem citri emit: bis tantum Afinius Gallus numerat. Illud bis tantum facit Decies h. s. id est xxv. millia Philippæorum, qui Senatorum ab Augusto census. O prodigia! Petronij ista mensa, sed à nobis emendandi, post dictos versus:

Ponitur, ac maculis imitatur vilibus aurum,

Quæ sensim trahat. hoc sterile ac malè nobile lignum

Ebria turba mero circumuenit.

Lego: Quod censum trahat. Reddit ad indignatio-

nem super citro. & ecce ponitur aliquid, inquit, & maculis aurum prouocat, quod totum censum auferat & absumat. An etiam legas, Ponitur, ac maculis mutatur vilibus aurum: ut velit aurum sepositum & spretum præ citro: tum autem iunctim cetera: Quod censum trahat, hoc sterile, &c. Supra aurum fuisse, etiam Martialis:

Accipe felices, Atlantica munera, filias.

Aurea qui dederit dona, minora dabit.

91. NODOS.] Quæ pars nodosa maculas illas facit Petronio nominatas, & de quibus libro De Tranquill. cap. I.

92. CRYSTALLINA.] Vide De Irâ III. cap. XL.

93. ACCENDIT.] Sic Incendia annonæ, augmenta & intentiones Latini dicunt.

94. FRAGILITAS.] Eadem Plinius XXXIII. initio: Crystallina ex eadem terrâ effodimus, quibus pretium faceret ipsa fragilitas.

95. PERICULO.] Aptè & hoc Plinius: Hoc argumentum opum, hæc vera luxuriæ gloria existimata est, habere quod possit statim totum perire.

96. PROPINARENT.] Ab Erasmo est, quod fatetur. Quid libri: consensu, pronuntiarent, aut pronuntiauerint. quomodo & meus, nisi quod ambiguum relinquat, per, an pro, scripserit. Ego fecerim, permutarint, vel permutauerint: atque ita fuit. Alternant inter se pocula & potiones.

97. ALII BINIS.] Ita quaterni fierent, et si communiter & decorè vnus binis superponebatur. Plinius: Hos digitis suspendere, ac binos & ternos auribus, fæminarum gloria est. Id tribaccam vocat Petronius: Quo margarita cara, tribacca, Indica? Et profectò magis est, ut Seneca quoque is sensus. alij singuli superponuntur binis: quod palam docent sequentia verba, bina ac terna patrimonium. Singulas enim vult censum & patrimonium efficere. De eâ re Tertullianus, de Habitu muliebris: Breuissimis loculis patrimonium grande profertur. vno lino decies h. s. inseritur. saltus & insulas tenera ceruix fert. graciles aurium cutes Kalendarium expendunt. Quid mirum? centies h. s. imò & sexcenties vnâ margaritam æstimatam in Plinio legas: id est supra auri millionem. Adde De constant. sap. cap. XIV.

98. AVT CORPVS.] Simile noster, epistolâ xc. Telas, quibus vestis nihil celatura conficitur, in quâ non dico nullum corpori auxilium, sed nullum pudori est.

99 liquidò, 100 nudam se non esse, iurabit. Hæc ingenti summâ, ab 101 ignotis etiam ad A commercium gentibus accersuntur, vt atronæ nostræ, ne adulteris quidem plus sui in cubiculo, quàm in publico ostendant. Quid agis auaritia? quot rerum caritate aurum tuum victum est? omnia ista quæ retuli, in maiore honore pretioque sunt. Nunc volo tuas opes recognoscere, lamina 102 vtriusque materiæ, ad quas cupiditas nostra caligat. At inehercule terra, quæ quidquid vile futurum nobis erat protulit, ista 103 defodit & mersit, & vt noxiis rebus ac malo gentium in medium prodituris, toto pondere incubuit. Video ferrum ex iisdem tenebris esse prolatum, quibus aurum & argentum: ne aut instrumentum in cædes mutuas deesset, 104 aut pretium. Et adhuc ista aliquam materiâ habent: est in quo errorem oculorum animus subsequi possit: video istic 105 diplomata, & 106 syngraphas, & 107 cautiones, vacua habendi 108 simulacra, umbras quasdam auaritiæ laborantis, per quas decipiant animum, inaniam opinione gaudentem. Quid enim ista sunt? quid scenus, & 109 kalendarium, & vsura, nisi humanæ cupiditatis 110 extra naturam quæ sita nomina? Possum de rerum naturâ queri, quod aurum argentumque non interiùs absconderit, quod non illis maius, quàm quod detrahi posset, pondus iniecerit. Quid sunt ista 111 tabulæ, quid computationes, & 112 venale tempus, & 113 sanguinolentæ 114 centesimæ? voluntaria mala ex constitutione nostrâ pendentia, in quibus nihil est, quod subici oculis, quod teneri manu possit, inanis auaritiæ somnia. O miserum, si quem delectat sui patrimonij 115 liber magnus, & vasta spatia terrarum colenda per 116 vincos, & immensi greges 117 pecorum per provincias ac regna pascendi, & 118 familia bellicosis nationibus maior, & ædificia priuata 119 laxitatem urbium magnarum vincencia! Cùm benè ista, per quæ diuitias suas disposuit ac fudit, circumspexerit, superbumque se fecerit, si quidquid habet, ei quod cupit compareret, pauper est. Dimitte me, & illis 120 diuitiis meis redde. Ego regnum sapientiæ noui, magnum, securum. ego sic omnia habeo, vt 121 omnium sint. Itaque cùm C. Cæsar illi

- XI. 99. LIQVIDO.] *Clarè & certò. Ouidius: Scis tamen, & liquidò iuratus dicere posses.*
100. NUDAM.] *Corpore per eas vestes apparente. Idèò pellucidas dixere, & collucentes. Vide Epist. XC.*
101. IGNOTIS.] *Seribus.*
- CAP. X. 102. VTRIVSQVE.] *Auri & argenti.*
103. DEFODIT.] *Plinij querela grauis & adsimilis, proæmio libri XXXIII. Item noster Epist. XCIV. Aurum & argentum, & propter ista numquam pacem agens ferrum, quasi malè nobis committerentur, natura abscondit.*
104. AVT PRETIUM.] *Nam ob aurum cædes. — nec bella fuerunt Faginus adstabat cùm scyphus ante dapes.*
105. DIPLOMATA.] *Principalium donationum aut beneficiorum.*
106. SYNGRAPHAS.] *Priuatorum nominum.*
107. CAUTIONES.] *Scripturas obligationisque sub chirographo.*
108. SIMVLACRA.] *Quid enim iis, præter apices litterarum, habes? respõ, dico, habes; plus tamen vi & potestate.*
109. KALENDARIVM.] *Liber senecbrus, in quo vsura descripta per kalendas. Vide Epist. LXXXVII.*
110. EXTRA NATVRAM.] *Non enim ipsa produxit: auaritia & habendi studium inuenit.*
111. TABVLÆ.] *Contractuum.*
112. VÆNALE.] *Quia gratuita pecunia non datur, sed ob tempus & moram pretium, id est vsura. Itaque pro tempore soluitur, & ipsa illa mora emitur.*
113. SANGVINOLENTÆ.] *Quæ sanguinem & vitam miserorum secum trahunt, cruenta vsura.*
114. CENTESIMÆ.] *Vsura inter durissimas, & quæ centesimo mense (unde nomen) sortem aquant. Ita enim olim per kalendas siue menses numerabant. At nobis sint duodeni anni nummi, & centum. Vide Epist. CXVIII.*
115. LIBER.] *Codex, aut Kalendarium.*
116. VINCOS.] *Per compeditos, & ergastularios: vt tunc mos habebat. de quo ego ex professo II. Elector. cap. XV.*
117. PECORVM.] *Ad istos, qui Pecuariam exercebant.*
118. FAMILIA.] *Obsecro, nota ad Romanorum opes, & numerum seruorum. Collegi & firmavi in Admirandis, sed hunc locum nimis vellem adiectum. Numerus autem seruorum, inquit, superat totas gentes quasdam militares. Nonne igitur plura milia? Sed fallor, aut ad Spartanos allusum: qui haud ita numerosi.*
119. LAXITATEM VRB.] *Notabile & istud: adde alterum Senecæ locum Epist. XC. ubi disertè item, Domus instar urbium.*
120. DIUITIIS MEIS.] *ANaturâ & Sapientiâ datis.*
121. OMNIUM.] *Quisque suum possideat, teneat: ego animo omnia vsurpem, cogitatione lustrem, opinione fruâr & possideam.*

A far illi ¹²² ducenta donaret, ridens reiecit, ne dignam quidem summam iudicans, quam non acceptam gloriaretur. Dij deaque, quam pauxillo illum animum aut honorare voluit, aut ¹²³ corrumpere! Reddendum egregio viro testimonium est. ¹²⁴ Ingentem rem ab illo dici audiui, cum miraretur dementia eius, quod se putasset tanti posse mutari. Si ¹²⁵ tentare, inquit, me constituerat, toto illi sui experiendus ¹²⁶ imperio.

ergo donari aliquid potest, etiam si sapientis omnia sunt: æque nihil prohibet, cum omnia amicis dicamus esse communia, aliquid amico donari. Non enim mihi sic cum amico communia omnia sunt, quomodo cum socio, ut pars mea sit, pars illius: sed quomodo patri matrique communes liberi sunt: quibus cum duo sunt, non singuli singulos habent, sed singuli binos. Primum omnium iam efficiam, ut quisquis est iste, qui me in societatem vocat, sciat se nihil mecum habere commune. Quare? quia hoc confortium solum ¹²⁷ inter sapientes est, inter quos amicitia est. ceteri non magis amici sunt, quam socij. Deinde pluribus modis communia sunt. ¹²⁸ Equestria omnium equitum Romanorum sunt. in illis tamen locus meus sit proprius, quem occupavi. hoc si cui ¹²⁹ cessi, quamvis illi communi te cesserim, tamen aliquid dedisse videor. Quædam quorundam sub certâ conditione sunt. habeo in equestribus locum, non ut vendam, non ut locem, non ut habitem: in hoc tantum, ut spectem. Propterea non mentiar, si dicam me habere in equestribus locum: sed cum in theatrum veni, si plena sunt equestria, & iure habeo locum illic, quia sedere est mihi liberum: & non habeo, quia ab his, cum quibus ius mihi loci commune est, occupatus est. Idem inter amicos puta fieri. Quidquid habet amicus, commune est nobis: sed illius proprium est, qui tenet. uti, illo nolente, non possum. Derides me, inquis. Si quod amici est, meum est, liceat mihi vendere. Non licet. nam nec equestria: & tamen communia tibi cum ceteris equitibus sunt. Non est argumentum, ideo aliquid tuum non esse, quia vendere non potes, quia consumere, quia mutare in deterius aut melius non potes. Tuum enim est, etiam quod sub lege certâ tuum est. ¹³⁰ Accepi, sed certe non minus habes. ¹³¹ Ne te traham longius, XII.

C Beneficium maius esse non potest: ea per quæ beneficium datur, possunt esse maiora, & plura, ¹³² in quæ se benevolentia effundat, & sic sibi indulgeat, quemadmodum amantes solent: quorum plura oscula, & complexus atetiores, non augent amorem, sed exercent. Hæc quoque, quæ venit quæstio, ¹³³ profligata est ¹³⁴ in prioribus: itaque breuiter perstringetur. Possunt enim in hanc, quæ data sunt aliis, argumenta transferri. Quæritur, an qui omnia fecit, ut beneficium redderet, reddiderit. Ut scias, inquit, illum non reddidisse, omnia fecit, ut redderet. Apparet ergo, non esse id factum, cuius faciendi occasionem non habuit. Ut creditori suo pecuniam non soluit is, qui ut soluceret, ubique quæ-

CAP. XI. 122. DVCENTA.] Quinque millia Philippicorum.

D 123. CORRUMPERE.] Ad opum & pecunie amorem possessionemque, traducere: à sapientia auertere.

124. INGENTEM REM.] Inepide, siquid iudico. Facio & assero, Ingenti ore.

125. TENTARE.] Periculum roboris & constantia mee facere.

126. IMPERIO.] Quasi dicat, nec dato quidem illo, se cessurum illis decretis & vitâ.

CAP. XII. 127. INTER SAP.] Soli sapientes inter se amici, Stoico dogmate: reliqui hostes, etiamsi parentes, liberi, agnati sint. Diogenes in Zenone: πολίτης, καὶ φίλος, καὶ οὐκός, καὶ ἑλδ. Δέος, τὸς ἀποδ' αἰὸς μόνον. Nos in Manud. III. Diss. XVI.

128. EQVESTRIA.] Gradus quatuordecim, in quibus se spectant & sedent.

129. CESSI.] Cum iam in spectaculo assedissem. Ciceronis I I I. de Finibus huc faciunt: Quemadmodum theatrum eum commune sit, rectè ta-

men dici potest eius esse locum, quem quisque occupavit: sic in urbe mundove commune non aduersatur ius, quo minus suum quidque cuiusque sit.

130. ACCEPI.] Aut nulla, aut manca hic sententia. quam egregie supplet meus codex: Accipi potest, sed certè. Accipi aut occupari locus ille communis potest, sed nihilominus tuus manet: & aliàs ipse iterum occupabis.

CAP. XIII. 131. NE TE TRAH.] Bene & pensulatè Muretus monuit, defectum hic esse. Alia enim disputatio, & An beneficia beneficiis sint maiora? Negat esse, ex Stoæ decreto, Omnia rectè facta & κατορθώματα paria censentium.

132. IN QUÆ SE.] Scripti quidam, in quæ sunt qui beniuol. Meus, inique sunt qui ben. Puto suis se, in quæ se vndique beniuolentia.

133. PROFLIGATA.] Affecta iam, & penè confecta.

134. IN PRIOR.] Libro II. cap. XXXI. & deinceps.

quæsiuit, nec inuenit. Quædam eius conditionis sunt, ut effectum præstare debeant: A quibusdam pro effectu est, omnia attentasse, ut efficerent. Si omnia fecit ut sanater, peregit medicus partes suas. etiam damnato reo, oratori constat eloquentiæ officium, si omni¹³⁵ arte usus est. Laus¹³⁶ imperatori etiam victo, & duci redditur, si & prudentia, & industria, & fortitudo muneribus suis functa est. Omnia fecit, ut beneficium redderet: obstitit illi felicitas tua. Nihil incidit durius, quod veram amicitiam experiretur. Locupleti donare non potuit, sano assidere, felici succurrere: gratiam retulit, etiam si tu beneficium non recepisti. Præterea, huic intentus semper, & huius rei tempus operiens, qui in hoc multum curæ, multum sedulitatis impendit, plus laborauit, quam cui citò referre gratiam contigit.

XIV.

Debitoris exemplum dissimile est: cui parum est pecuniam quæsisse, nisi soluit. Illic enim stat acerbus super caput creditor, qui nullum diem¹³⁷ gratis occidere patiatur: hinc benignissimus, qui cum te viderit concursantem & sollicitum atque anxium, dicat: *Mute hanc de pectore curam.* Define tibi molestus¹³⁸ instare. omnia à te habeo. Iniuriam mihi facis, si me quidquam amplius desiderare B iudicas. Plenissimè ad me peruenit animus tuus. Dic, inquit, mihi. reddidisse beneficium diceres illum, si gratiam retulisset. Eodem ergo loco est, qui reddidit, & qui non reddidit. Contra, nunc illud pone, si oblitus esset accepti beneficii, si ne tentasset quidem gratus esse, negares illum gratiam retulisse? At hic diebus noctibusque se lassauit, & omnibus aliis renunciauit officiis, huic vni imminens, & ¹³⁹ operatus, nequa se fugeret occasio. Eodem ergo loco erunt, ille qui curam referendæ gratiæ abiecit, & hic qui numquam ab illâ recessit? iniquus es, si rem à me exigis, cum videas animum non defuisse. Ad summam, puta, cum captus esses, me pecuniam mutuatum, rebus meis in securitatem creditoris¹⁴⁰ oppositis, nauigasse hieme iam sequâ, per infesta latrocinii littora, emensum quidquid periculi afferte potest etiam pacatum mare: peragratis omnibus solitudinibus, cum quos nemo non fugiebat ego quærerem, tandem ad piratas perueni: & iam te alius redemerat. negabis me gratiam retulisse? etiam si in illâ navigatione pecuniam, quam saluti tuæ contraxeram, naufragus perdidit, etiam in vincula quæ detrahere C tibi volui, ipse incidi: negabis me retulisse gratiam? At mcherclè Athenienses, Harmodium & Aristogitonem,¹⁴¹ tyrannicidas vocant: & Mucij manus in hostili arâ relicta, instar occisi Porſenæ fuit: & semper contra fortunam luctata virtus, etiam citra effectum propositi operis, enituit. Plus præstitit, qui fugientes occasiones secutus est, & alia atque alia captauit, per quæ referre gratiam posset, quam is quem, sine vllò sudore, gratum prima fecit occasio.

XV.

Duas, inquit, res ille tibi præstitit, voluntatem, & rem: tu quoque illi duas debes. Merito istud diceres ei, qui tibi reddidit voluntatem otiosam: ¹⁴² huic verò, qui & vult, & conatur, & nihil intentatum relinquit, ¹⁴³ non potes dicere. vtrumque enim præstat, quantum in se est. Deinde, non semper numero nume-

135. ARTE.] *At in meo & aliis plerisque scriptis, si omni iure: nec damnem. Si omnia attulit, qua ad ius causa.*

136. IMPERATORI.] *Fortasse imperatoria etiam victo duci. ut tautologiam fugiamus.*

CAP. XIV. 137. GRATIS.] *Sine usurâ.*

138. INSTARE.] *Te ipsum urgere & premere.*

139. OPERATVS.] *Male & contra libros substituerant, opperiens. Operari alicui rei, est operam ei dare, & intendere. Lucretius:*

Et quibus in rebus consueverunt esse operati. Noster De Brevit. vii. cap. xii. Discendis canticis operati.

140. OPPOSITIS.] *Proprie in pignore & hypothecâ sic loquuntur. Catullus:*

*Furi, villula nostra non ad Austri
Flatus opposita est, nec ad Fauoni,
Verum ad millia quindecim & ducentos.*

O ventum horribilem, atque pestilentem! Terentius: Ager oppositus est pignori, ob decem minas.

141. TYRANNICIDAS.] *Esti, ut Valerius ait, dumtaxat tyrannide liberare conati sunt. Thucydides rem exsequitur libro vi. & tyranni fratrem ab eis occisum narrat, Hipparchum: ipsum tyrannum, Hippiam, triennio etiam post imperasse. Fama tamen obtinuit, ipsum tyrannum casum: quod idem libro i. scribit, & passim Græci vulgari. At noster hic cum Thucydide sentit.*

CAP. XV. 142. HUIC VERÒ.] *Libri scripti referunt, Huic verò debes, qui. at meus optime: huic non debes, & qui vult, & qui conatur. Opponit alteram partem: Illi merito diceres, qui ignauus, huic non debes, qui omnia facit.*

143. NON POTES DICERE.] *Glossematium est, & meus indicat, qui, scilicet non potes dicere: ea ipsâ primore voce scholion notificans.*

CAP.

A numerus æquandus est: aliquando vna res pro duabus valet. Itaque in locum rei succedit tam propensa voluntas, & cupida reddendi. Quod si animus sine re, ad referendam gratiam non valet: nemo aduersus deos gratus est, in quos voluntas sola confertur. Diis, inquit, nihil aliud præstare possumus. Sed si huic quoque, cui referre gratiam debeo, nihil aliud præstare possum: quid est, quare non eo aduersus hominem gratus sum, quo nihil amplius in deos confero?

Si tamen quid sentiam quæris, & vis ¹⁴⁴ signare responsum: hic beneficium recepisse se iudicet: ille se sciat non reddidisse. Hic illum dimittat: ille se teneat. hic dicat, Habeo: ille respondeat, Debeo. In omni quæstione propositum sit nobis bonum publicum. præcludendæ sunt excusationes ingratæ, ad quas refugere possint, & sub quibus infitiationem suam tegere. Omnia feci? fac etiam nunc. Quid tu tam imprudentes iudicas maiores nostros fuisse, vt non intelligerent iniquissimum esse, eodem loco haberi eum qui pecuniam, quam à creditore acceperat, libidine aut alicui absumpsit, & eum qui incendio, aut latrocinio, aut aliquo casu tristiore, aliena cum suis perdidit? nullam excusationem receperunt, vt homines scirent fidem vtique præstandam. Satiis enim erat à paucis etiam iustam excusationem non accipi, quam ab omnibus aliquam tentari. Omnia fecisti vt redderes. Hoc illi fati sit: tibi parum. Nam quemadmodum ille, si enixam & sedulam operam transire ¹⁴³ pro irrita patitur, cui gratia referatur indignus est: ita tu ingratus es, nisi ei qui voluntatem bonam in solutum accepit, eò libentius debes, quia dimitteris. Non rapias hoc, nec ¹⁴⁶ testeris: occasiones reddendi nihilominus quæras. Redde illi, quia repetit; huic, quia remittit: illi, quia malus; huic, quia non malus. Ideoque non est, quod ad te hanc quæstionem iudices pertinere: an quod Beneficium quis à sapiente acceperit, reddere debeat, si ille definit esse sapiens, & in malum versus est. Redderes enim & depositum, quod à sapiente accepisses: & etiam malo, redderes creditum: quid est, cur non & beneficium? Quia mutatus est ille, te mutat? Quid? si quid à sano accepisses, ægro non redderes: cum plus semper imbecillo amico debeamus? & hic æger est animo: adiuuetur, feratur. stultitia, C morbus est animi. Distinguendum hoc, quo magis intelligatur, existimo.

Duo sunt beneficia. vnum, quod dare nisi sapiens sapienti non potest: hoc est absolutum & verum beneficium. alterum, vulgare, plebeium, cuius inter nos ¹⁴⁷ imperitos commercium est. De hoc non est dubium, quin illi qualiscumque est debeam reddere, siue homicida, siue fur, siue adulter euasit. Habent scelera leges suas. melius istos iudex, quam ingratus, emendat. nemo te malum, quia est, faciat. Malo beneficium proiciam, bono reddam. huic, quia debeo; illi, ne debeam.

De altero beneficij genere dubitatur, quod si accipere non potui nisi sapiens, ne reddere quidem nisi sapienti possum. Puta enim me reddere. ille non potest recipere: non est iam huius rei capax. scientiam vtendi perdidit. Quid si me remittere manco pilam iubeas? stultum est dare alicui, quod accipere non possit. Vt respondere ¹⁴⁸ ab ultimo incipiam: Non dabo illi, quod accipere non poterit: reddam, etiam si accipere non poterit. Obligare enim non possum, nisi accipientem: liberari tantum, si reddo, possum. Ille vti illo non poterit: viderit. penes illum erit culpa, non penes me.

Reddere est, inquit, accepturo tradidisse. Quid enim si cui vinum debeas, & hoc ille infundere reticulo iubeat, aut cribro: reddidisse te dices, aut reddere voles, quod dum redditur, inter duos perit? Reddere, est id quod debeas, ei cuius est, volenti dare. hoc vnum mihi præstandum est. Vt quidem habeat, quod à me accepit, iam vltioris est curæ. Non ¹⁴⁹ tutelam illi, sed fidem debeo: multoque fatius est, illum non habere, quam me non reddere. Et creditori statim in

CAP. XVI. 144. SIGNARE.] *Pro more iuris prudentium, qui tunc obtinuit. Antiquitus consultabantur tantum, nec responsa signabant: apud Pomponium, De origine iuris. Postea (sub Augusto, aut circa) obtinuit, vt auctoritatis fideique causâ scriberent.*

145. PRO IRRITA.] *Pro nullâ, aut frustratoriâ. nihil ei adscribit aut tribuit.*

146. TESTERIS.] *In animo, aut apud alios. Ecce, liberatus sum: ille me dimittit.*

CAP. XVII. 147. IMPERITOS.] *Ita molliâs appellant non sapientes: aliâs, suâ linguâ Stultos.*

CAP. XVIII. 148. AB VLTIMO.] *Obiectio- nis verbis istis, Accipere non possit.*

CAP. XIX. 149. TUTEAM.] *Ne res pereat iam reddita.*

tim in ¹⁵⁰ macellum laturo, quod accepit, reddam. etiam si mihi adulteram cui numerem, delegauerit, soluam: & si nummos quos accipiet, in sinum suum discinctus fundet, dabo. Reddendum enim mihi est: non seruandum, cum reddidero, aut tuendum. Beneficij accepti, non redditi custodiam debeo. Dum apud me est, saluum sit. ceterum licet accipientis manibus effluat, dandum est reposcenti. Reddam bono, cum expediet; malo, cum petet. Tale, inquit, beneficium, quale accepisti, non illi potes reddere. Accepisti enim à sapiente: stulto reddis. ¹⁵¹ Imò reddo illi, quale nunc potest accipere: nec per me fit deterius, sed per illum. id quod accipi, reddam. Cui si ad sapientiam redierit, reddam quale accipi: dum in malis est, reddam quale ab illo potest accipi. Quid, inquit, si non tantum malus factus est, sed ferus, sed immanis, qualis ¹⁵² Apollodorus, aut Phalaris: & huic beneficium, quod acceperas, reddes? Mutationem sapientis tantam natura non patitur. nam in pessima ab optimis lapsus, necesse est etiam in malo vestigia boni teneat. Numquam in tantum virtus exstinguitur, vt non certiores ¹⁵³ animo notas imprimat, quam vt illas eradat vlla mutatio. Feræ inter nos educatæ, cum in siluas B eruperunt, aliquid mansuetudinis pristinae retinent: tantumque à placidissimis absunt, quantum à veris feris & numquam humanam manum passis. Nemo in summam nequitiam incidit, qui vniquam hæsit sapientia. altius infectus est, quam vt ex toto elui, & transire in colorem alium possit. Deinde interrogo, vtrum iste ferus sit animo tantum, an & in perniciem publicam excurrat? Proposuit enim mihi Apollodorum & Phalarin tyrannum, quorum si naturam habet intra se malus, quidni ego isti beneficium suum reddam, ne quid mihi cum eo sit iuris amplius? Si verò sanguine humano non tantum gaudet & pascitur, sed & supplicij omnium ætatum crudelitatem insatiabilem exerceat, nec irâ, sed auditate quadam sauiendi furit, si ¹⁵⁴ in ore parentum filios iugulat, si non contentus simplici morte, ¹⁵⁵ distorquet, nec vrit solum perituros, sed ¹⁵⁶ excoquit, ¹⁵⁷ si ara eius cruore semper recenti madet: ¹⁵⁸ parum est huic beneficium non reddere. Quidquid erat, quo mihi cohæreret, ¹⁵⁹ intercisâ iuris humani societas abscidit. Si præstitisset quidem mihi aliquid, sed arma patriæ meæ inferret: quidquid meruerat, perdidisset, & referte illi gratiam scelus haberetur. si non patriam meam impugnat, sed suæ grauis est, & sepositus à meâ gente, suam exagitat: abscidit nihilominus illum tanta prauitas animi. etiam si non inimicum, inuisum mihi efficit: priorque mihi ac potior eius officij ratio est, quod humano generi, quam quod vni homini debeo. Sed quamuis hoc ita sit, & ex eo tempore omnia mihi in illum sint libera, ex quo, corrumpendo fas omne, vt nihil in eum nefas esset, effecerit: illum mihi seruandum modum credam, vt si beneficium illi meum neque vires maiores daturum est in exitium commune, nec confirmaturum quas habet, id autem erit, quod illi reddi sine perniciâ publicâ possit, reddam. Seruabo filium eius infantem. quid hoc beneficium obest cuiquam eorum, quos crudelitas eius lacerat? pecuniam que satellitem stipendio teneat, non subministra bo. Si marmora & vestes desiderabit, nihil oberit cuiquam id quo luxuria eius instruitur:

150. MACELLYM.] Nepoti alicui, qui pecuniam apud macellarios, ganeæ suæ causâ, relinquet.

151. IMÒ REDDO.] Est à Mureto. libri scripti, Non reddo: ex quo Erasmus distinctione legebat: Non reddo illi. Pincianus, Nunc reddo. In meo veritas: Nam reddo.

152. APOLLODORVS.] Nominat iterum noster 11. de Trâ, cap. 14. Vide.

153. ANIMO.] Inclusam feritatem habeat, nec factis adhuc ostendat. Est quod max aliis verbis: intra se malus.

154. IN ORE.] In coram, spectantibus iis. Tacitus 111. Hist. Iulianus ad Vitellium perductus, in ore eius iugulatur.

155. DISTORQUET.] Per tormenta necat.

156. EXCOQUIT.] Lento igne vtilat.

157. SI ARA EIVS.] Hoc ad Caligulam aliquem fortasse referri posset. sicut idem noster De Tranquill. cap. x1 v. Nec iam procul erat tumulus, in quo Cæsari deo nostro cotidianum fiebat sacrum. Sed non placet. de cõmuni, imò ex ter à tyrânide, Seneca hic agit. Scripti libri, Si ars eius est cruor, & semper. Optimè Gruterus, Si arx eius cruore semper recenti, sed interpretando diuertit ad rupem Tarpeiam: non sequor. Imò tyrannorum propriæ arces, & in iis intellego patrias cedes.

158. PARVM EST.] Quasi dicat, imò maleficium dandum est.

159. INTERCISA.] Exiit enim hominem ipse, & à cætu nostro se remouit.

CAP.

A tur: militem & arma non suggeram. Si pro magno petet munere¹⁶⁰ artifices scæne, & scorta, & quæ feritatem eius¹⁶¹ emolliant, libens offeram. Cui tritemes & ¹⁶²cerastas non mitterem, ¹⁶³luforias & ¹⁶⁴cubiculatas, & alia ludibria regum in mari lasciuientium mittâ. Et si ex toto eius fanitas desperata fuerit,¹⁶⁵ eadem manu beneficium omnibus dabo, illi reddam: quando ingeniis talibus vitæ exitus remedium est: optimumque est obire ei, qui ad se numquam rediturus est. Sed hæc rara nequitia est, & semper portenti loco habita, sicut hiatus terræ, & de cauernis maris ¹⁶⁶ignium eruptio. Itaque ab illâ recedamus: de his loquamur, quæ detestamur sine horrore. Huic homini malo, quem inuenire in quolibet foro possum, quem ¹⁶⁷singuli timent, reddam beneficium, quod accepi. Non oportet mihi nequitiam eius prodesse, quod ¹⁶⁸in me non est, redeat domum bonus an malus. ¹⁶⁹Quam diligenter istud excuterem, si non redderem, sed darem? Hic locus fabulam poscit.

Pythagoricus quidam emerat à futore XXI.
¹⁷⁰phæcastia, ¹⁷¹rem magnam, non presentibus nummis. Post aliquot dies venit ad B tabernam, redditurus: & cum clausam diu pulsaret, fuit qui diceret: *Quid perdis operam tuam: futor ille quem quaris, elatus, combustus est. Quod nobis fortasse molestum est, qui in aternum nostros amittimus:* ¹⁷²tibi minime, qui scis futurum, ut ¹⁷³renascatur. iocatus in Pythagoricum. At philosophus noster, treis aut quatuor denarios (non inuirâ manu) domum retulit, subinde concutiens. Deinde cum reprehendisset hanc suam non reddendi tacitam voluptatem, intelligens arrisisse sibi illud lucellum, redit ad eandem tabernam, & ait:

CAP. XX. 160. ARTIFICES.] *Histriones, mimos. Ita enim vocabant id genus, Græcorum exemplo, qui rexyrtæ, Διονύσου, & simpliciter rexyrtæ. Suetonius Iulij, cap. LXXXIV. Tibicines, & scænici artifices. Ammianus XXVIII. Scenarij artifices: & plura exempla. Vnum in Suetonij Vespasiano corrigendam, cap. XVII. Præstantes poetas, necnon & artifices cœmit: item colossi refectorem insigni congiario magnaque mercede donauit. Quid est cœmire, in hunc sensum? Scio quid magni Critici ab ulteriore antiquitate de Emptiuo milite, id est mercenario petant: sed meo animo non satsidant. Quin lego: artifices scæne, item colossi: & sequentia adfirmabunt.*

161. EMOLLIANT.] *Lasciuire enim præstat, quam seuire: & huc se tyranni potius vertant.*

162. CERASTAS.] *Mureti est: qui addit, nanius inposita nomina ab animalibus, Pristes, Tigres, Centauros, Cercuros: atque ita Cerastas. Quæ vera, sed in singulis nauibus: non in genere aut specie aliqua, de qua hic sentit. Verius, ærastas legi: quod iam olim monuit Io. Brodæus. Nam ærasta naues, rostratae siue bellicae: quas negat tyranno, robur & subsidium, mittendas. Cerastas si quis retinet, quia cerâ illi naues etiam solent: nihil pro re dicit.*

163. LYSORIAS.] *Aptas ad lusus & vagationes in mari quieto. Epistola IV. Vbi luserunt nauigia, sorbentur. Aetas sequens Luforias etiam pro bellicis & excubitorijs nauibus dixit: sed tamen minoribus, & quibus discurrere & explorare conatus hostiles solent.*

164. CVBICVLATAS.] *Grandes, ad regum diuersoria membris suis instructas, instar alicuius domus. Thalamagos Græcâ voce: & descriptas aliquot prodigiosas in Athenæo habes.*

165. EADEM MANU.] *Id est, interficiam eum vel hac manu: & hoc ipsum erit reddere ei beneficium, vniuersis autem dare. Quomodo? quia tolli eum è vi-*

tâ, quâ tam male vititur, eius interest: item plurimum, quibus iniurias, supra, cades infert.

166. IGNIVM ERVP.] *Emari & aquis. Vide De Prouid. cap. 1.*

167. SINGVLI.] *Non vniuersi, qui publicè notius non est.*

168. IN ME NON EST.] *Omnino pro Seneca mente sit legi, ut in meo & quibusdam, prodesse, quod meum non est, redeat ad dominum, bonus sit an malus. Ego, inquit, debeo, quid refert bono, an malo? debeo: & quod igitur alienum est, ad illum redeat qualemcumque.*

169. QVAM DILIGENTER.] *Veteres, Quid lego, Quin.*

CAP. XXI. 170. PHÆCASTIA.] *Genus calcamentum Græcæci. Epist. XX. Puto quædam esse, quæ decent Phæcastiatum palliatumque. Iuuenalis:*

Phæcastianorum vetera ornamenta deorum. ubi Phæcastiatorum vellem: nisi Pythæana editio aliò duceret, quæ Hæc Asianorum: & ad Asia populos ac templa adstringit. Apptianus, Plutarchus, Hesychius etiam nominant.

171. REM MAGNAM.] *Censuit olim glossæ esse, ad ignorantiam vocem. An magis placet urbanè & ioco hoc insertum? rem scilicet magnam. In Colonienfè editione, sæpe bonâ, rem non magnam: ex quo aliquis, re non magnâ. Ideo, inquit, non presentii pecuniâ, quia res ei non magna, nec in bulgâ semper nummi.*

172. TIBI MINIME.] *Hoc inter moraloga, ut sic appellem, Seneca fuerit, qui inserit à suo sensu, quæ non potuere in alienum ita cadere. Quomodo ille nescio quis, scinit subito hunc Pythagoricum esse? Et scinuerit, iocus certè non subitus, sed arcesitus.*

173. RENASCATVR.] *Ex illâ decantatâ Pythagora αναγεννησια: quâ animas migrare in corpora censuit, & sic iterum iterumque nasci.*

& ait: *Ille tibi viuit. tu redde, quod debes.* Deinde per clostrum, quâ se commissura laxa. A
 uerat, quatuor denarios in tabernam inseruit, ac misit, ¹⁷⁴ poenas à se exigens in probe
 cupiditatis, ne alieno assuesceret. Quod debes, quare cui reddas: & si nemo
 possit, ipse te appella. Malus an bonus sit, ad te non pertinet. Redde & ¹⁷⁵ accusa, non
 oblitus, quemadmodum inter vos officia diuisa sunt. illi obliuio imperata est, tibi me-
 minisse mandauimus. Errat tamen, si quis existimat, cum dicimus eum qui beneficium
 dedit, obliuisci oportere, excutere nos illi memoriam rei præsertim honestissimâ: quæ-
 dam præcipimus ¹⁷⁶ ultra modum, vt ad verum & suum redeant. Cum dicimus, Me-
 minisse non debet: hoc volumus intelligi, prædicare non debet, nec iactare, nec grauis
 esse. Quidam enim beneficium quod dederunt, omnibus ¹⁷⁷ circularis narrant. hoc sob-
 brij loquuntur, hoc ebrij non continent: hoc ignotis ingerunt, hoc amicis committunt.
 Vt hæc nimia & exprobratrix memoria subsideret, obliuisci eum qui dedit, iustissimus, &
 plus imperando quam præstari poterat, silentium suauissimum. Quoties parum fi-
 duciam est in his quibus imperas, amplius est exigendum quam satis est, vt præstetur B
 quantum satis est. In hoc omnis hyperbole extenditur, vt ad verum mendacio veniat.
 Itaque qui dixit,

Qui candore niues anteirent, cursibus auras:

quod non poterat fieri, dixit: vt crederetur quantum plurimum posset. Et qui dixit,

His immobilior scopulis, violentior amne:

ne hoc quidem se persuasurum putauit, aliquem tam immobilem esse, quam scopu-
 lum. Numquam tantum sperat hyperbola, quantum audet: sed incredibilia affirmat,
 vt ad credibilia perueniat. Cum dicimus, Qui beneficium dedit, obliuiscatur: hoc di-
 cimus, similis sit oblito: memoria eius non appareat, nec ¹⁷⁸ incurrat. Cum dicimus,
 beneficium repeti non oportere, non ex toto repetitionem tollimus: sæpe enim opus est
 malis exactore, etiam bonis admonitore. Quid ergo? occasionem ignoranti non osten-
 dam? necessitates illi meas non detegam, quare nescisse se aut mentiatum, aut ¹⁷⁹ doleat?
 Interueniat aliquando admonitio, sed verecunda, quæ non poscat, nec in ius vocet. C

XXIV. Socrates amicis audientibus: *Emissem, inquit, pallium, si nummos haberem.* Neminem
 poposcit, omnes admonuit. à quo acciperet, ¹⁸⁰ ambitus fuit. Quid ni esset? Quantu-
 lum enim erat, quod Socrates accipiebat? at multum erat, commueruisse, à quo Socrates
 acciperet. Non illos castigare molliùs potuit, *Emissem, inquit, pallium, si nummos ha-
 berem.* Post hæc quisquis properauerit, serò dat. iam Socrati defuit. Propter acerbos
 exactores, repetere prohibemus: non vt numquam fiat, sed vt parè. Aristippus
 aliquando delectatus vnguento: ¹⁸¹ *Malè, inquit, istis* ¹⁸² *effemmatiss eueniat, qui rem tam
 bellam infamauerunt.* Idem dicendum est: *Malè istis improbis & importunis beneficio-
 rum suorum* ¹⁸³ *quadruplatoribus eueniat, qui tam bellam admonitionem inter amicos
 sustu-*

174. POENAS A SE.] *Quare poenas, aut quas?* Hæc
 nempe denario vno plus soluit, cum amica fortasse
 tres daturus esset. Itaque velut pro mora aut dubita-
 tione sua hoc dependit.

CAP. XXII. 175. ACCUSA.] *Quem illum,*
 quia malus est? vt simul & reddas, & poenas admoni-
 tione beneficium? An ipsum te? quod tamdiu distule-
 ris, nec citius reddideris?

176. ULTRA MODVM.] *Vt ligna curuamus,*
 sed correcturi.

177. CIRCULARIS.] *Comentibus hominum, statio-
 nibus: quæ serè circulares sunt.*

CAP. XXIII. 178. INCURRAT.] *Vbiq̃*
se ingerat.

179. DOLEAT.] *Si verè nesciuit.*

CAP. XXIV. 180. AMBITVS.] *Ambitio, de-
 siderium, pugna.*

CAP. XXV. 181. MALE, INQUIT.] Hæc
 dictio eius plenior in Diogene. Προς χαρόνδαν ἐ-
 πόντα, τίς ὁ μεμωρασμένος; Ἐγὼ, ἔπειτα, ὁ κακοδαί-
 μων, καὶ μοῦ κακοδαίμονες εἶμι, ὁ περὶ αὐτῶν βασιλεὺς.
 Ἀλλ' ὅρα μὴ ὡς εἶδεν ἄλλων ζῶων ὡς τούτο
 τί ἐλαττοῦται, ἕτως εἶδ' ἀνθρώπου. κακῶς κα-
 κὸ δ' ἀπόλοιτο οἱ κινεῖσι, ὅτινις καλὸν ἡμῶν ἀ-
 λειμμα διαβάλλουσιν: Ad Charondam dicen-
 tem, Quis hic vnguentatus? Ego, inquit, miser,
 & me miserior Periarum rex. Sed vide, ne vt ce-
 teræ animantes propterea nihilo deteriores fiunt,
 non item homo. Malè autem mali cinædi per-
 eant, qui bellum nobis vnguentum infamarunt.

182. EFFEMINATIS.] *Cinædis, in Græco, &
 obliquè perstrinxit Charondam, optior, qui rogabat.*

183. QUADRUPULATORIBVS.] *Quadruplato-
 res, accusatores sunt lucri causâ, & sectantes quar-
 tam ex lege. Quia ἢ intenti in prædam, & accusa-
 bant*

A sustulerunt. Ego tamen utar hoc iure amicitia, & beneficium ab eo repetam, ¹⁸⁴ quo petissem: qui alterius beneficij loco accepturus est, potuisse reddere. Numquam, ne querens quidem, dicam:

— *Eiectum littore egentem*

Excepi, & regni demens in parte locavi.

Non est ista admonitio, non: conuicium est. Hoc est in odium beneficia perducere: hoc est efficere, ut ingratum esse, aut ¹⁸⁵ liceat, ¹⁸⁶ aut iuuet. Satis, abundeque est, submissis & familiaribus verbis, memoriam reuocare:

Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quidquam

Dulce meum. —

Ille inuicem dicat: Quid ni merueris? eiectum littore egentem excepisti. Sed ni- ^{xxvi.} hil, inquit, profecimus: dissimulat, oblitus est. quid facere debeam? Quaris rem maximè necessariam, & in quâ hanc materiam consummati decet, quemadmodum ingrati ^B ferendi sint? Placido animo, mansueto, magno. Numquam te tam inhumanus, & immemor, & ingratus, offendat, ut non tamen dedisse delectet. Numquam in has voces iniuria impellat: Vellem non fecisse. Beneficij tui etiam ¹⁸⁷ infelicitas placeat. Semper illum ¹⁸⁸ pœnitebit, si te ne nunc quidem pœnitet. Non est, quod indigneris tamquam aliquid noui acciderit: magis mirari deberes, si non accidisset. Alium labor, alium impensa deterret: alium periculum, alium turpis verecundia, ne dum reddit, fateatur accepisse: alium ignorantia officij, alium pigritia, alium occupatio. Adspice, quemadmodum immensæ hominum cupiditates hient semper, & poscant: non miraberis ibi neminem reddere, ubi nemo satis accipit. Quis est istorum tam firmæ mentis ac solidæ, ut tutò apud eum beneficia deponas? Alius libidine insanit, alius abdomini seruit, alius ^C lucri totus est, cuius summam ¹⁸⁹ non vinces: alius inuidiâ laborat, alius cæcâ ambitione, & in gladios ruente. Adice torporem mentis ac senium, & huic contrariam inquieti pectoris agitationem, tumultusque perpetuos. adice æstimationem sui nimiam & tumorem, ¹⁹⁰ ob quæ contemnendus est, insolentem. Quid contumaciam in peruersa nitentium, quid leuitatem semper aliò transilientem loquar? Huc accedat temeritas præceptis, & numquam fidele consilium ¹⁹¹ daturus timor, & mille errores, quibus volumur: audacia ruidissimorum, discordia familiarissimorum, & publicum malum, incertissimis fidere, fastidire possessa, optare ¹⁹² quæ consequi posse spes non fuit. Inter ^{xxvii.} affectus inquietissimos, rem ¹⁹³ quietissimam, fidem quaris? Si tibi vitæ nostræ vera imago succurrerit, videberis tibi videre ¹⁹⁴ captæ cum maximè ciuitatis faciem, in quâ, omisso

bant simul & poscebant: vocat arguè beneficiorum quadruplatores, qui importunè exigunt, & nisi assatim reponis, accusant.

184. A QVO PETIS.] *A viro bono, & amico.*

185. LICEAT.] *Scripti omnes, libeat. Tamen illud melius. & diuisim dicit, aut liceat: nempe in exprobrantem, & beneficio suo manus, ut ipse loquitur alibi, afferentem.*

186. AVI IUVET.] *In animo delectet, talem fallere sic inhiantem.*

CAP. XXVI. 187. INFELICITAS.] *Mala & infelix locatio.*

188. PÆNITEBIT.] *Acute. tua ista benignitas tam firma, in aeternum ruborem & pudorem cum dabit.*

189. NON VINCES.] *Quis sensus? non vinces & explebis improbam eius cupidinem? verba non dicunt, aut infirmè dicunt: imò ipsa infirma & manca sunt. Libri scripti, & meus: cuius summam non vinces spectat. Vera lectio, non vices: id est, alius totus in lucro est, cuius cumulum aut numerum, non*

ambitionem & redditionem spectat. Vices facere non vult in beneficiis, sed capere tantum. Quod si vulgata tenetur (me auctore numquam:) tum oporteat tamen voce auctius scribere: non vinces. peccat alius inuidiâ, laborat alius cæcâ. Sed sperne.

190. OB QUÆ CONT.] *In iis iis insolentem, & se mirantem, ob quæ despicere magis ius erat & deæstimare. Nonne in vanis, imò & pranis, plerique se attollunt?*

191. DATVRVS.] *Ea vox abest meo libro, & recte. Argutius breuiusque est, Timor, consilium infidele, siue Consultor infidelis: atque is sensus.*

192. QUÆ CONSEQUI.] *Alibi vitium tangit, fastidij & contemptus in rebus, quas antea in magnis habuimus, & improbè pene optabamus. Itaque nihil ego mutem. Quidam tamen libri: optare quæ consequi, voce insertâ. At mihi ea lectio friget.*

CAP. XXVII. 193. QUIETISSIMAM.] *Quæ reuera est à constantia, & lenitas ei aduersa.*

194. CAPTÆ.] *Pulchra imago. acerba, fateor, sed noster vitis non palpatur, verum insulatur.*

195. VIREB.

omisso pudoris rectique respectu, ¹⁹⁵ vires in consilio sunt, velut ¹⁹⁶ signo ad permi- A
scenda omnia dato. Non igni, non ferro abstinetur: soluta legibus scelera sunt: nec
¹⁹⁷ religio quidem, quæ inter arma hostilia supplices textit, vllum impedimentum est
ruentium in prædam. Hic ex priuato, hic ex publico, hic ex profano, hic sacro rapit: hic
effringit, hic transilit, hic non contentus ¹⁹⁸ angusto itinere, ipsa quibus arcetur, ¹⁹⁹ e-
uertit, & in lucrum ruinâ venit. Hic ²⁰⁰ sine cæde populatur, hic spolia ²⁰¹ cruentâ ma-
nu gestat. nemo non fert aliquid ex altero. In hac auiditate generis humani, ne tu nimis
fortunæ communis oblitus es, qui quæris inter rapientes ²⁰² referentem. Si indignaris
ingratos esse: indignare luxuriosos, indignare avaros, indignare impudicos, indignare
ægros deformes, fenes pallidos. Est istud graue vitium, est intolerabile, & quod disso-
ciet homines, quod concordiam, quâ imbecillitas nostra fultur, scindat ac dissipet:
xxviii. sed vsqueò vulgare est, vt illud nec qui queritur quidem effugerit. Cogita te-
cum, an quibuscumque debuisti, gratiam retuleris, an nullum vniquam apud te perie-
rit officium, an omnium te beneficiorum memoria comiterur. Videbis quæ puero data B
sunt, ante adolescentiam elapsa: quæ in iuuenem collata sunt, non perdurasse in fene-
cturem. Quædam ²⁰³ perdidimus, quædam ²⁰⁴ proiecimur, quædam è conspectu no-
stro paullatim ²⁰⁵ exierunt: à quibusdam oculos ²⁰⁶ auertimus. Vt excusem tibi imbe-
cillitatem tuam, in primis fragilis est memoria, & rerum turbæ non sufficit. necesse est
quantum recipit, emittat, & antiquissima recentissimis obruat. Sic factum est, vt mini-
ma apud te nutricis esset auctoritas: quia beneficium eius ²⁰⁷ longius ætas sequens po-
fuit. sic factum est, vt præceptoris tibi non esset vlla veneratio: sic euēnit, vt circa con-
sularia occupato comitia, aut ²⁰⁸ sacerdotiorum candidato, quæsturæ ²⁰⁹ suffragator ex-
cideret. Fortasse vitium, de quo quereris, si te diligenter excusseris, in sinu inuenies. Ini-
quæ publico irasceris crimini, ²¹⁰ stultè tuo. vt absoluaris, ²¹¹ ignosce. Meliorem illum
facies ferendo, vtique peiorem exprobrando. non est, quòd frontem eius indures: sine,
si quid est pudoris residui, feruet. Sæpe ²¹² dubiam verecundiam, vox conuiciantis cla-
rior, ²¹³ rupit. nemo id esse, quod etiam videtur, timet. ²¹⁴ deprehensus pudor amitti- C
tur. Perdidi beneficium. Numquid quæ ²¹⁵ consecrauimus, perdidisse nos di-
cimus? Inter consecrata beneficium est, etiam si malè respondit, benè collocatum. Non
est ille, qualem sperauimus. Simus nos quales fuimus, ei dissimiles. damnum tunc fa-
ctum,

195. VIRES.] *Quisque, quantum potest, tan-
tum audet & facit.*

196. SIGNO.] *Vt in opido capto, tuba canere so-
let: & tum ad id signum miles discurrere.*

197. RELIGIO.] *Sacra apud hostes sæpe, & in-
sula prælatæ, aut templa occupata, eos sedarunt vel
arcuerunt: non ita in ciuili hac prædatione, ubi nu-
men & iusurandum calcatur.*

198. ANGVSTO ITINERE.] *Per foramen aut fe-
nestram intrandi.*

199. EVERTIT.] *Muros & ades subuertit.*

200. SINE CÆDE.] *Togati vulturij.*

201. CRVENTA.] *Venefici, sicarij, & id genus.*

202. REFERENTEM.] *Ita legendum. & iam à
querelâ ad rem suam redit. Ecce, inquit, vni publica
hec rapina est, & omnes auidi querere & prædari:
quis tu es, qui gratos queris, id est reportantes? Aufere
omnes volunt, non referre.*

CAP. XXVIII. 203. PERDIDIMVS.] *Ex-
ciderunt nobis.*

204. PROIECIMVS.] *Vlrò aspernati, & obli-
ti sumus.*

205. EXIERVNT.] *Tempore se subduxerunt.*

206. AVERTIMVS.] *Quasi à grauibus, & fasti-
dientes ea videre.*

207. LONGIVS.] *Remouit à te. progressu ætatis
seiuñctior es ab eo factus.*

208. SACERDOTIORVM.] *Nec enim vnum vni
tantum, plura cumulabantur.*

209. SVFFRAGATOR.] *Adiutor, qui vocem suam
& alienam commodauit, conciliauit.*

210. STVLTE.] *Quis enim se inclamat in pu- D
blico, aut iurgat?*

211. IGNOSCE.] *Tu alii, vt alij tibi. dando ve-
niam, merere.*

212. DVBIAM VER.] *Mediam inter pudere
& depudere.*

213. RVPIIT.] *Totam in impudentiam vertit.
fræna ei laxauit.*

214. DEPREHENSVS.] *Enallage. id est, cum ij
qui pudet, deprehensi sunt. Clarius esset: Depre-
hensis. Iuuenalis in hanc rem:*

— nihil est audacius illis

Deprensus iram atque animos à crimine su-
munt. Atque in illo sexu maximè id elucet.

CAP. XXIX. 215. CONSECRAVIMVS.] *In
templo diis suspendimus.*

216. APPA-

A Etiam nunc ²¹⁶ apparuit. Ingratus non sine nostro ²¹⁷ pudore protrahitur: quoniam quidem querela amissi beneficii, non bene dati signum est. Quantum possumus, causam eius apud nos agamus: fortasse non potuit, fortasse ignoravit: fortasse facturus est. Quaedam nomina bona, lentus ac sapiens creditor fecit, qui sustinuit, ac moram fouit. Idem nobis faciendum: ²¹⁸ nutriamus fidem languidam. Perdidi beneficium. xxx.
 Stulte, non nosti detrimenti tui tempora. perdidisti, sed cum dares: nunc palam factum est. Etiam in his quae videntur ²¹⁹ in perditio, moderatio plurimum profuit. Ut corporum, ita animorum molliter vitia tractanda sunt. saepe quod ²²⁰ explicavit mora, pertinaciam trahentis abruptum est. Quid opus est maledictis? quid querelis? quid insectatione? quare illum liberas? quare dimittis? Si ingratus est, iam nihil debet. Quae ratio est, exacerbare eum, in quem magna contuleris, ut ex amico dubio fiat non dubius inimicus, & patrociniū sibi nostram ²²¹ infamiam quaerat. Nec desit qui dicat: Nescio quid est, quod eum, cui tantum debuit, ferre non potuit. subest aliquid. Nemo non superioris dignitatem quaerendo, etiam si non inquinavit, ²²² aspersit: nec quisquam fingere contentus est leuia, cum ²²³ magnitudine mendacii fidem quaerat. Quanto illa xxxi.
 melior via, quam seruatur illi ²²⁴ species amicitiae, & si reueri ad sanitatem velit, etiam amicitia? Vincit malos pertinax bonitas: nec quisquam tam duri infestique aduersus diligenda animi est, ut etiam ²²⁵ vi tractus bonos non amet: quibus hoc quoque ceepit debere, quod ²²⁶ impune non soluit. Ad illa itaque cogitationes tuas flecte. Non est mihi relata gratia. quid faciam? quod dii omnium rerum optimi auctores: qui beneficia ²²⁷ ignorantibus dare incipiunt, ²²⁸ ingratos perseuerant. Alius illis obicit ²²⁹ negligentiam nostri, alius iniquitatem: alius illos ²³⁰ extra mundum suum proicit, & ignauos, hebetesque ²³¹ sine luce, sine vilo opere destituit. Alius solem cui debemus, quod inter laborem quietemque tempus diuisimus, quod non tenebris immerfi confusionem aeternae noctis effugimus, quod annum cursu suo temperat, & corpora alit, fata euocat, percoquit fructus, ²³² saxum aliquod, aut ²³³ for-

C
 216. APPARUIT.] Ne nunc indignare. vetus iactura est, etsi iam emerit & se ostendit. Libri tamen scripti confusius: Damnum nunc, tunc factum, apparuit. Mente eadem. quae & mox exprimitur: Stulte, non nosti detrimenti tui tempora. perdidisti, sed cum dares.
 217. PVDORE.] Imò honore & clauore, si Plinio fides, in Panegyrico: Nam liberalitatem iucundiorē debitor gratus, clariorem ingratus facit. Virumque verum, & celebratur bonitas, cui malitia imposuit: & tacitus tamen pudor est, in animo decepto.
 218. NVTRIAMVS.] Benignitate, non exasperemus & abrupimus ferocia.
 CAP. XXX. 219. IN PERDITO.] In causa perditae atque amissi.
 220. EXPLICAVIT.] A re intricata aut illigata, quam patientia (in muliercularum filamentis videmus) explicuit & dissoluit: calor aut violenta tractio abruptit.
 221. INFAMIA.] Quam iracundia aut conuictia facient.
 222. ASPERSIT.] Ut in omni calumniā, etiam si vulnus coit, apparet cicatrix.
 223. MAGNITVDINE.] Atroci aliquo mendacio, quod coipso fidem habeat, quia vix habet. Quis enim inopinata illa temere fingeret?
 CAP. XXXI. 224. SPECIES.] Alij libri, spes: sed illud praefero. Tacitus de Mecenate: Speciem magis in amicitia Principis, quam vim tenuit.

225. VI TRACTVS.] Vnde haec lectio, nescio. Aturetus fatetur vitiatum legi: nec emendationem in promptu sibi esse. Libri scripti, iniuriatus: meus, iniuriatus: Colonensis editio, iniuriam. Ego legem, ut etiam in iniuria bonos. Sensus, nemo ita prauus, & virtutis hostis, ut non amet eos qui etiam in iniuria boni sunt. Nam tale hic, ecce ingratus sum, ludo, beneficium nec refero nec agnosco: at ille perseuerat bene velle, bene facere, quis non amet talem, non solum post, sed in iniuria, bonum?
 226. IMPVNE.] Cui etiam hoc noui beneficii accessit, quod ingratitude eius toleretur, imò transmittatur.
 227. IGNORANTIBVS.] In prima aetate infantie aut pueritiae.
 228. INGRATIS.] Grandioribus, & cum iam sensum eorum habemus, aut certe debemus.
 229. NEGLENTIAM.] Quod res humanas non curent.
 230. INIQUITATEM.] Quod mala bonis, bona malis suggerant.
 231. EXTRA MVNDVM.] Vt Epicurus, supra libro IV. cap. XIX.
 232. SINE LVCE.] In illo inani, inter mundos.
 233. SAXVM.] Anaxagora delirium, qui μύδρον διάπυρον dicebat esse Solem, καὶ μείζω τῆς ἀλιοπρονύσου: saxum & globum igneum, & maiorem Peloponneso. Ita in Diogene vertendum. & bene Suidas: εἶπος ὁ φιλόσοφος τὸν ἥλιον μύδρον ἤλεγεν εἶναι διάπυρον, τῶν ἐστὶ, πύρον λιβόν. Iste Philosophus (Anaxagoras) dixit solem esse mydrum ignicum, id est lapidem talem. Plutarchus in Lysandro, statuer-

334 fortuitorum ignium globum, & quiduis potius quam 335 deum appellat. Nihilominus tamen more optimorum parentum, qui maledictis fuorum infantium arrident, non cessant dij beneficia congerere, de beneficiorum auctore dubitantibus: sed æquali tenore bona sua per gentes populosque distribuunt, vnam potentiam sortiti, prodessse. Spargunt opportunis imbribus terras, maria flatu mouent, siderum cursu notant tempora, hiemes æstatelque interuentu lenioris spiritus molliunt: errorem labentium animorum placidi ac propitij ferunt. Imitemur illos. demus, etiam si multa in irritum data sint: demus nihilominus aliis, demus ipsi, apud quos iactura facta est, Neminem ab excitandâ domo ruina deterruit: & cum penates ignis absumpsit, fundamenta tepente adhuc arca ponimus, & vrbes 336 haultas sepius eodem solo condimus. Adeo ad bonas spes pertinax animus est. Terâ marique humana opera cessarent, nisi malè cadentia iterum tentate libuisset. Ingratus est. non mihi fecit iniuriam, sed sibi: ego beneficio meo, cum darem, vsus sum. nec ideo pigrius dabo, sed diligentius. quod in hoc perdididi, ab aliis recipiam. Sed huic ipsi beneficium dabo iterum, & B tamquam bonus agricola, curâ cultuque sterilitatem soli vincam. Perit mihi beneficium: 337 iste omnibus. Non est magni animi, dare & perdere: hoc est magni animi, perdere & dare.

tuere eum facit τὰ ἀστέρα λιθώδη καὶ βαρῆα: sidera lapidea & graua. Plura ibi vide: nec is igitur qui μῦσπον, ferrum hic vertunt, accede. Ad hanc rem Claudiani versus faciunt, De Consul. Mally:

— hic semper lapsuræ pondera terræ

Conatur rapido cæli fulcire rotatu:

Accenditque diem prærupti turbine saxi.

Ad Anaxagoram qui diem accendit motu rapido saxi, id est sui Solis.

234. FORTVITORVM.] *Qui ignes a siduè confluunt, & conueniunt. Epicuri sententia, in Lucretio:*

Aut quia conueniunt ignes, & semina multa
Confluere ardoris confluunt tempore certo,
Quæ faciunt solis noua semper lumina gigni.

Plutarchus 11. de Plac. Phil. ostendit Xenophanis hoc idem fuisse. Quædam ego, 11. Physiol. Diss. x11.

235. DEVM.] *Stoicis enim talis, atque omnia sidera. Pythagora ipsum vetustum dogma: ἥλιον τε καὶ σελήνην, καὶ τοὺς ἀλλοὺς ἀστέρας, εἶναι θεοὺς: Solem, Lunam, & alia astra, Deos esse. Quid vetustior eo Trismegistus Hermes? ὁ ἥλιος θεὸς μέγιστος τῶν κατ' ἐξουσίαν θεῶν, ὃ πάντες εἰκούσιν οἱ ὑπάντιοι θεοί, ὡσαύτως βασιλεὶ τε καὶ δυνάσει: Sol Deorum caelestium maximus, cui reliqui Dij cedunt, tamquam regi & principi.*

236. HAVSTAS.] *Terramotu, & comitante*

hiatu. CAP. XXXII. 237. ISTE OMNIBVS.] *Quia bona frugis, imò bonæ spei esse desit. inter desperatos est.*

